OPVSCVLA
ECCELLENTISS. SIMONIS PORTII NEAPOL.

CVM
IACOBI ANTONII MARTAE
PHILOSOPHI NEAPOLITANI

APOLOGIA DE IMMORTALITATE ANIMÆ
Aduerſus opuſculum de mente humana.

Ad Illuſtrem ac Maximum virum Alonſum Salazar
Regium Conſiliarium Lateranenſem.

EX SVPERIORVM PERMISSIS.

PERI  ERE

NEAPOLI,
Apud Horatium Saluianum. 1578.

ILLVSTRI AC MAXIMO VIRO

ALONSO SALAZAR REGIO CON-
SILIARIO LATERANENSI,
Ac totius fori Neapolitani splendori.

IACOBVS ANTONIVS MARTA AETERNAM
FELICITATEM.

NIHIL in rerum natura reperitur, quod magis supra nos abripiat, imò ad summa dulcedinis abstractionem alliciat, quàm euphonia, quæ numerorum, ac modorum mensura, vnitatumq; collectio, parium, impariumq; uocum sula, ars musica uocatur: Iure nempe optimo cùm mũdus archetypus nil aliud sit, nisi eiusdem naturæ æqualis symphonia, in tribus suppositis realiter distinctis, re ipsa, tanta in eis sit conuenientia, ut nullum nulli impar sit: At in intelligere velle, operariq; ita concordia sunt, ut nil sit ortum sub sole, quod cantu non gaudeat. Idemq; Deus omnium procreator, ad musici instar tantę dulcedinis cantum, ac tantam in uniuerso armoniam posuit ut omnia in mensura, numero, & pondere disposita sint: Iccirco unaquaq; intelligentia admirabili quodam ordine suum mouet orbem: Quando rectè intuetur hominis micro cosmos. quod nil aliud ueritati conformius explicari potest, hō est melos ac supramodum armonia: ita à progenitore eius corporea pars procreata ab omnium rerum opifice est, ut nulla in eo esset particula, quæ mira iucunditate sonum simplicem non effundat. Anima corporis entelechia, nisi armonica uis esset, quomodo corporis præexisteret actus, atq; quam oblectationem ob eius pręsentiam corpus haberet? Ipsa equidem musica est uoluntas non fertur nisi in præcognitum, intellectus intelligit, memoriaq; memor adest. Veritas quoq; musicæ nomen sibi uendicauit, eam enim adæquationem rei ad intellectum naturales philosophi iudicarunt: Quare nil superiorum, inferiorumq; adest quod mira dulcedine delectationem non referat: Hac quidem musica arte conducta Pythagoras, Cicerone referente, iuuenem furentem, mutatis modulis cohibuit: Terpander, & Arion, Metimneus Lesbios, & nō nulli alij quàm plurimos grauissimis morbis uexatos cō centibus curarunt, Militum quoq; animos, atq; equorum, tubarum, & ditiorum cantus accendit, nec nō et Dauidem hymnis canticis, uersibusq; in cythara pulsatis, dæmones effugiebant. Quare cùm uiderim principaliorem cantum, & Philosophicum, & Theologicum de Anima Immortalitate magnoperè dissonum: Aliqui nanq; scribentes ab hæresi obcęcati, à melodia ipsum diuertissent, quorum sectatores in dies altius animę caducitatem canunt, prorsus à ueritate alienam: Hanc Apologiam tanquam mensuram & perfectum fundamentum fidei, sub ueritatis christianæ clauibus, modulatam conscripsimus: Quem cantum cùm quatuor annos huius meę iuuentutis continuos lima perpolussem, ut momis omnibus, & nasutis hominibus calumniandi ansam præripuerem, qui solent ex emendatis inemendata describere, ex mendosis mendosiora reddere pręter mittere quod non legunt, corrumpere quod non intelligunt, data opera editionem differebam, dum omnia quàm diligentissimè examinarem, discuterem, & ad Cleantis lucernam reuocarem: Sed acerbissimam uitam mihi interea ducere uidebar, si celsitudini tuæ, munus hoc non leue (nisi mea me fallit opinio) quam citius poteram conscriberem. Neminem profectò latet, te Fabij continentiam retinere, Cęsaris liberalitatē Pompei gloriam imitari, Catonis uel scientiam, uel grauitatem assecuturum esse: In fide alter Regulus, & in constantia Q. Scæuola, qui minas syllæ in Senatu, tacentibus omnibus, nequaquam ueritus est, in animi moderatione, superior extitis Africanus, in liberalitate Fabium Maximum imitaris, qui unicum, quem possidebat pro captiuis redimendis fundum uendidit, in clementia M. Marcellum uincis, in amicitia ita præstas, ut quotidie domum redeunti, aliquem tibi deuinctum multifariam reddideris, aut Damonem, aut Pythiam samios, in humanitate cedat tibi Pysistratus athemensium tyrannus, qui inuita uxore proprij inimicis pepercit: Quid de tua dicam iustitia, cuius est splendor maximus? in ea enim tanquam scopulus constans nulla ambitione, gratia, hostiumq; metu nec mœreri, nec terreri unquam potuisti. Quid de fide dicam tua, de grauiter, libereq;, ac sapienter dictis, aut factis tuis, de studio ac industria? cuius consilijs non modò hæc inclyta Neapolis regitur, sed orbis etiam terrarum uniuersus regi, & gubernari posset: De memoria alter es Ponti Rex felicissimus Mitridates: De eloquentia alter ex curionum familia, De moribus, alter ex Portiæ gentis Cato senator optimus, De meditatione alter Illustris ille Philosophus noster Metrodorus. Quid tuam referam præserim religionem, integritatem amplissimam quæ cum Scipione Nasica optimo Romanorum iudicato contendit? Quid tuam tandem recenseam SALAZAR domum nobilissimam stemma antiquissimum, magnanimumq;: Hæc nanque pro tuenda patrię facta fuit quasi quędam munificentię officina. Nisi te in hoc regno haberemus maximum annonæ protectorem, quomodo in tanta diuersorum ho

minum copia uitam ducere uellemus? Quare sydus fulgentissimum, ac sola gloria, clarissimusq; bonos noster existis: scis tempora cum aduerso, uel tranquillo tempore, ut res postulat, constantissimus, fortiter insequi: nam quantùm ualeat tua apud Illustrissimum Proregem authoritas, & cum Principibus omnibus amicitia, clarum existis, domus equidem tua omnibus apertum est refugium, liberale hospitium, consilij studium, uirtutis tutela, & Apollinis aditus. Ex quo uir sis disciplinę, nobilitatis, facundiæ, integritatis, fidei, grauitatis ac iustitiæ lumen splendidissimum, ut te nil dignius, nil præstantius, nil denique excellentius inter Hispaniæ, & Italię fasces comperi possit. Ad te igitur Apollinis oraculum hunc meum mitto cantum, partim, ut huiusmodi munere obseruantiam in te meam declarem, partim ut operi ipsi maiorem apud omnes gratiam, authoritatemq; conciliarem. Res est leuiuscula, nec inficior, uerùm (ut Plinianis uerbis utar) & Dijs lacte rustici, multęq; gentes supplicant, & mola tantùm salsa litant, qui non habent thura. Quicquid id sit, Dij faxint, ut sit mea erga te obseruantię munus sempiternum. Vale.

IOANNIS CÆSARIS SANCTIPOLYTI MONOPOLITANI A.P. AD MARTAM DE VERITATE INVENTA CARMEN.

MARTA canit, fertur SALASAR dulcedine ad Astra
Profert è tumulo PORTIVS ille caput.
Exoritur uerum, terras tum luce nitenti
Perfundens, volitat docta per ora virum.
En timidi subitò fugiunt hinc inde sophistæ,
Consurgit (falso) mortua vita iacens.
Aeternæ fiunt animæ, moriturq; libellus
De mente humana, cætera scripta ruunt
MARTA moue syluas Cythara, iaculoq; potenti
Corrige mendaces, abstrahe saxa sono,
Redde diem tenebris (Phœbe alter candide) nam sic
Illustrata nitent lumine cuncta tuo.

IACOBI ANTONII MARTAE PHILOSOPHI NEAPOLITANI

APOLOGIA.

De Immortalitate Animæ.

PRAEFATIO.

OMNEM creaturā sensibilem Deus animatam, & munitā creauit, alias veloci pedū cursu, alias vnguibus, alias pennis, alias cornibus, hominem solùm sic disposuit, vt virtus illius sit ipse Deus, & in eo, quo inferiorē ipsum fecit, in ipso fortiorem esse voluit in se, vt infirmitatis necessitate coactus semper necesse habeat dominū suū requirere, hinc magnus Dauid, Ego (inquit) dixi, vobis dij estis, & alibi, omnia subiecisti sub pedibus eius: & D. Bernardus secum corde volutans, hæc verba in quodam suo colloquio scripta reliquit: ò homo parùm ne tibi videtur hoc? cogita qualem te fecit Deus, nempe secundum corpus egregiam creaturam, secundum animam magis, imaginē creatoris insignem, rationis participem, beatitudinis æternæ capacem: quòd si antiquiores illi cognouissent, qui materteram nobis esse naturam affirmabant, equidem illud non dixissent: homo enim naturæ donum, munus animæ, rationis beneficium, excellentiam sensus, iudicium mentis, artis industriam, culturæ bonum, steriles, atq; inopes actus euertit, occupat, mergit, quod Auerroes etiam ex naturæ secreto tetigit primo Metaphisices, dicens hominem possessionem non esse humanam, sed excedere humanitatem. Firmianus hanc ob causam sensum, ac rationem homini fuisse tributam dicebat; vt appareret ipsum à Deo fuisse gratiatum, hinc Ouidius hominem sanctius animal, mentisq; capacius altæ, quod & Gregorius 8. libro moralium dicebat, hominē ad contemplandum creatorem suum conditum esse, ea de re corpori Animam largitus est. Quá cùm antiquiores illi, veritatem, & arcanum opificis vniuersi, ac rectoris humani, ingenij quantuis perspicacissimi, puris naturalibus percipi nō posse eorum deliramenta ostenderunt, quos antiquitas vt numina quędam suspexit, & coluit: de qua disputantes in primis hallucinati sunt: nō nulli enim immortales quidem animas esse dixerunt, nunquam tamen incepisse asserentes, ac numerum quendam ipsarum, ac in noua corpora migrationem posuere; itaq; nunc in feras, quadrupedes, nunc in volatilia, nunc in pisces deiecerunt. In hoc Syrij Pherecidis, qui primus philosophantium de animarum immortalitate disseruit, eiusq; discipuli Pythagoræ vanitas fabulatur, cuius delirum acumen secutus est Plato: Empedocles animam demersit in sanguinem, Aristozeus, ne à musicorum disciplina, quá profitebatur, discederet, harmoniam posuit, ignem verò Criticus zeno stoicorum princeps, & Democriti concursu fortuitò atomorum efficitur, Desipit omnino Dicearcus nomen esse tantùm imprudenter affirmans. Quidam autem immortalem ponunt, sed ipsam vnicam hominibus tribuentes, quo nil absurdius; Quidam educunt illam de potentia materiæ; quam sententiam vndiq; prophanam stolidum pecus, & caro insipida oscitans ille epicurus, euomuit; Euripides, qui poeticam sectatus, scænicus Philosophus cognominatus est, Animam humanam dixit esse Deū; & Seneca, nil aliud est nostra ratio, quàm pars diuini spiritus in corpus nostrum immersa, quod diligenter damnauit Diuus ille Augustinus, non aliter esse audiendos quàm hereticos, qui animá Deum esse asserant; nam si sic esset, nec in melius, nec in peius labi posset. Qui omnes ex nubilo

 erroris

erroris obducti, omnipotentis Dei munere ab utuntur, & se degeneres morum prauitate efficiunt, quos diuina gratia effinxit illustres, & sic iter virtutis, quod luxu diffluentibus consueto do peccandi (vt scribit Hieronymus) asperum efficit, & arduum penitus relinquentes, ad bestias deuoluuntur, & lutum; de quibus Propheta sic cecinit, homo cùm in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Dicite quæso, anima si non esset æterna, bruta non ne essent nobis feliciora? cùm saltem ipsa naturalia sua desideria adimpleant, quæ nos æternitatis causa, ac beatitudinis, corrigimus, quam, Deo concedente habebimus in alio seculo. Quod & D. August. in soliloquijs cap. 5. & lib. de quantitate animæ cap. 1. animæ patriam Deum esse asserebat. Igitur Anima christiana enigila, & si qua sit tibi virtus charitatis, quæ omnia sustines, domini tui imitare vestigia: considera, quot milia martyrú tritam tibi fecerunt viam, transierunt virgines, transierunt martyres, transierunt pueri, & puellæ, ne timeas, quia docet te ille, qui est via, veritas, & vita; & quidam sanctus dicebat, anima mea egredere, quid times? septuaginta annis Christo seruisti, & ad huc dubitas? & Scotus 4. sent. dist. 44. dicebat verba nostri redemptoris, quòd duplici de causa venit in mundum, primò, vt saluum faceret quod perierat; secundò, vt veritatem ostenderet in lege domini, & naturæ; Et natura quidem ipsa abhorret, nec potest pati, vt nos veluti bruta mortem cum vita mutemus, Imò Deus inuidus esset, ac malus, dedisset enim potentiam hanc cognoscendi æternitatem, appetendiq́; & tandem frustraremur, pati vtrisque nó possem. Vnde vas electionis, & magister ecclesiæ Paulus, qui non vmbraculis istorum Philosophorum, sed in raptu ab istis sensibus in tertio cœlo à summa veritate institutus, audiuisse arcana verba quidem, quæ nó licet homini loqui, seq; non ab homine accepisse Euangelium, sed per reuelationem Iesu Christi gloriatur, his verbis monet collosenses, videte ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum; quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Præterea breuitatis causa Theologorum præclaras de animarum immortalitate sententias, & Augustini in primis, qui christiani dogmatis magnú est columen, & hereticæ prauitatis flagellum, & valida securis habetur. Præterea Auerroem dicentem animam manere post mortem, & finem eius prosperitatis esse si primo motori iungatur. Præterea Auicennam dicentem cùm anima liberabitur à corpore, & ab eius accidentibus, tunc agenti intelligentiæ coniungi poterit, in eaq; pulchritudinem intelligibilem, & perennem delectationem inueniet, quam inquit Bernardus sermone 38. ita hominibus ingeneratur; vt nemo sciant præterea Galenum scribentem sicut lumen solis, quod est incorruptibile separatur ab aere, & omni oculorum intuitu sine sui corruptione, sic & anima sine sui corruptione separatur à corpore; præterea Platonem in phædone dictitantem, animos purgatos hinc exiens habitabit cum Deo, & alibi anima est immortalis, vt si vicerit passiones, vel victa fuerit præmiabitur, vel punietur post hanc vitam, & Ciceronem in somnio Scipionis dicentem sic habeto omnibus, qui patriam seruauerint, iuuerint auxerint, certum esse in cœlo diffinitú locum, vbi beati loco sempiterno fruuntur; præterea sententiam Didymi ad Alexandrum scribentis, nos nó sumus huius múdi incolæ, sed aduenæ, nec ita in orbem terrarum venimus, tanquá i eo consistere libeat, sed transire; properamus enim ad patrium laré nullis delictorum ponderibus prægrauati, & Xenophontem, & alios innumerabiles, qui animá esse immortalem asseruerunt, est enim omniú, qui ratione quoquo modo vti possunt de animorum immortalitate cósensus: Venio ad Aristotelem, qui cùm vim quandam immortalem habere iudicasset, ipsam à Deo creari illum fuit, propter hoc extrinsecus accedere. Cui, multi qui hæreticam sectati sunt philosophiam, quiq; ex viribus ipsam caducam, & mortalem pronunciabant, tribuere ausi sunt. Fuit Alexáder aphrodiseus, qui tátæ fuit authoritatis, quòd dicebatur, neminem philosophum, nisi Alexandreum: húc secuti sunt Caietanus, Pomponacius, & Simon iste Portius: sed prima fronte quo nam modo quæso potest hoc in doctrina Aristotelis sustinerit non ne & ipse primo de anima 49. animæ immortalitatem omnes leges affirmare decreuit? Vnde 2. de anima 34. omnia appetunt diuina esse, & omnia illius gratia agunt, ex hoc, primo Phy. 81. omnia appetunt assimilari perfectioni diuinæ secundùm quod possunt, & hoc in causa vt perpetuentur: pro hoc videndum 1. de generat. animal. cap. 1. & Auer. 2. de anima 34. solicitudo diuina, cùm non potuerit generabile, & corruptibile facere permanere secundùm indiuiduum, miserta fuit in dando ei virtutem vt possit permanere secundùm speciem, & 1. cœli 98. & 2. de generat. et cor. 59. sed ad plenum de solicitudine diuina, videas quæso in 12. metaphys. 37. & 51. Nos igitur qui rectè philosophamur, Aristotelemq; sequimur, & quibus doctrina est inspirata diuinitus, animas rationales esse immortales, & à summo Deo creatas, cótra istos philosophos, & eorum rationes Apologiam hác nostram dirigimus: Et sciendum quòd non est quæstio de scienda veritate in hoc, quia nos omnes christiani illam nouimus propter verba D. Hieronymi, quæ accepit magister sententiarum dist. 43. damnetur anathematis vinculo qui dixerit rationalem animam esse mortalem, & illá minimè esse eductam à semine, sicut de facto nó est. De hac enim tum ex verbo, tum ex opere

Christi

Christi sumus certi, ex verbo quidē vt Scotus aiebat 4. sent. dist. 43. inquit enim; ecce nolite timere, quia illi occidunt corpus, animam autē occidere nequeunt; ex opere, quia Christus resurrexit à mortuis. Quare anima est insignita Dei imagine, decorata similitudine, desponsata in fide, dotata in spiritu, redempta in sanguine, deputata cū angelis; rationis particeps, ac beatitudinis capax, quòd & iure consulti quoque animam esse præferendam cæteris rebus codice de sacrosancta ecclesia detestati sunt, solùm igitur erit quæstio de soienda opinione Aristotelis. In qua hunc ordinem seruabo: primò agē quæsitum de creatione, in quo firmiter defendam Deū creasse entia, & hoc etiam in eius doctrina: secundò Apologiam de immortalitate animæ propalabo: tertio contra Auerroem digrediar, qui dissimulans fassus est animam immortalem omnibus hominibus esse vnicam.

QVÆSTIO DE CREATIONE.

INCOHANTES tam grādè opus, & meritò nil grandius dici possit, Arist. enim 1. de partibus cap. 5. & 10. ethic. 9. de diuinis, si maximè est creatio, parum, aut nihil scimus: meritò totas meas vires polliceor in danda causa potiori, quæ ipsam defendat; Et ideo primùm pono talem conclusionem ¶ Creatio antiqua æterna non solum est possibilis, sed necessaria apud Aristotelem, & veritatem sensatam. ¶ In hac conclusione primò dicam opiniones aliorum, & earum rationes, secundo veritatem sensatam, tertiò rationes in oppositum soluam. Quantùm ad primum.

Conclusio.

OPINIO AVERROISTARVM.

Cap. I.

HENRICVS de Gandauo, Ioannes de Gandauo, Ioannes Bacchonitanus, Gregorius Arimin: qui omnes fatentur se esse Auerroistas, dicunt ad mentem Auer. & Arist. creationem æternā esse impossibilem, hanc opinionem primò habemus tenere Nos Theologi, nam si creatio æterna fuisset, fuisset illa, qua creauit angelos, cœlum empireum, materiam primam, motum, & tempus, sed vt refert in prima parte quęst. 45. art. vltimo omnia illa quatuor fuerunt facta in primo die de septē diebus, in quibus Deus creauit opera sua, ergo creatio omnis apud hos, noua, temporalis. nec possibilis est, non solùm non fuit, hoc solo priuare Deus in festa non facta facere, & concedunt isti, sed si creatio æterna daretur, oportet fuisse factam ab æterno, sed ista non fuit facta apud eos, ergo impossibilis fieri. ¶ Istam opinionē secuti sunt quidam de secta saracenorum, vocati agani, vt refert Auer. 3. disput. in sol. 18. dub. Istam opinionem fuisse Aristotelis, vt d. Auer. in 3. disput. & in prima sol. 10. dub. tenuerunt sequaces Platonis hac ratione. ¶ AEternum non habet creans, non habet agens, apud te Arist. mundus, & reliqua fuerunt æterna; non ergo fuerunt creata ab æterno, non ergo creatio æterna. ¶ Arguūt igitur maximè moderni, vt Bacchon: vulgatum est proloquium antiquorum primo phy. 33. & 34. ex nihilo nihil fieri, per se ista creatio si diceretur, ex nihilo foret, ergo impossibilis.

Sectatores huius opinionis.

1. Ratio quam facit etiā Portius.

¶ Secunda ratio, quam dicunt, ista est, vulgatum est apud omnes sapientes Arist. velle omnem generationem fieri ex aliquo, non ex nihilo, ergo &c. & non solum est vulgatum 30. sed etiam d. Ar. 1. phy. à 66. vsq; ad finem semper probat in generatione in vniuersali requiri subiectum aliquo modo ens. s. in potentia, & in textu 64. & 3. lib. t. 4. 6. & 9. probauit inductione facta in omnibus; in omni motu vniuersalissimo requiri subiectum, quod sit ens in potētia; & 1. de generat. 11. de intento dixit rationem propriam subiecti generationis non esse ens simpliciter. i. in actu, non esse non ens simpliciter. i. nec in actu, nec in potentia, sed esse ens in potētia, aliquo modo ens 3. met. 22. & 12. met. 8. & 9 com. idem repetit, sed creatio simpliciter ex nihilo actu, & potentia; ergo non solùm vulgatum esse impossibile, sed probatū ex dictis suis

2. Ratio.

¶ Amplius si creatio ex nihilo esset apud Arist. ratio facta in 8. phy. nulla esset, probatur, nam 8. phy. com. 5. sumit si motus est factus vel agēs vel subiectum prius tempore, aut sunt facta ambo, aut æterna; si facta, ergo motus prior motu demonstrato. Et iterum quæro de illo motu immobile, aut factum, aut æternum, si factū per motum priorem primo, & sic motus ante motū in infinitū, ergo &c. ¶ Pręterea 5. met. 1. Auer. in principio commenti d. in toto illo libro intēdit tradere præcognitiones ad subiecta inquirēda in illo libro 5. pręcognitiones nominum, distinguere significata nominum, vt significet res, quas intēdit in illo libro docere, & ibi met. cap. de capsit diffiniens vt metaphisicus in vniuersali omnem causam agentem, tam rebus materialibus quàm immaterialibus, dicit quòd agens est vnde est principium motus, & quietis, sed creatio tua quam ponis est per intellectionē 12.

3. Ratio quam facit etiam Portius.

4. Ratio

met. 44. Auer. ergo id quod creat non ponitur ad agens, quia agens est vnde est principiū motus: Confirmant rationem factam, si agens per creationem non includitur in agenti definito 5. met. debuit Ar. in metaphysica saltē illud describere, sed non descripsit, ergo diminutus.

5. Ratio. ¶ Vltra si daretur creatio æterna per se, nō nisi eorū, quę sunt æterna 4. ethic. 1. ęterna non habent causam agentē, nisi similitudinarie & subdit de quatuor causis, nō habent nisi finē, & formā, & subdit, & si est agens, non nisi inquantū finis conseruans, ergo æterna non habent agentē, non habent creantē, ergo &c.

6. Ratio. ¶ Præterea si esset ista creatio æterna, esset effectus proprius Dei, 1. post. 95. ex effectu proprio causæ, possumus notificare esse ipsius causæ, ergo creatio pote sset esse mediū ad demōstrandū esse Dei, sed 12. met. 44. ista creatio est intellectio suę substātiæ sine materia, sine phantasmate, mediū metaphisicū 6. met. 2. quia sine materia, ergo metaphisicus habebit mediū ad demonstrandū esse Dei, quod est cōtra Auer. 8. phy. 3. & 1. phy. vltimo & 12. met. 5. & 6. vbi d. non esse aliud medium ad venandū esse Dei, quam motum æternū.

7. Ratio ¶ Præterea 12. met. 44. d. Auer. mundus intellectus, & omnia, quæ sunt in mūdo, depēdērā Deo, vt artes inferiores pēdent ab arte, architecto, cū materia addunt metaphysici, & 1. ethic. primo artes inferiores pendēt ab architecto, nō vt effectiuè, vt ab agente concomitatiuè, & conseruatiuè hoc modo cū architecto: potest finem cōmunem omnibus inferioribus, artes inferiores instrumenta, & actiones earū consequuntur cōcomitantur, statim illū finē nō efficiunt de no uo ab illo fine, ergo mundus intellectus, & quæ sunt in mūdo, non pendent effectiuè à Deo, solū consequuntur, concomitantur esse suū, sicut ea quæ sunt ad finem, cōcomitantur ipsum finem, & hæc est opinio eorū, hic est modus dependētiæ, eorū, mundiā Deo.

8. Ratio. quam facit Porphirius. ¶ Amplius Quod tegugnat omni sensui non est ponendū in philosophia, sed creās ex nihilo repugnat omni sensui, nam 3. de ani. 6. omnis sensus fit in subiecto in organo, nō à nihilo, ergo nō ponēdū creare, agere ex nihilo.

9. Ratio. ¶ Rursus 3. de ani. 17. assimilauit Deum intellectui agenti, ergo si Deus esset agēs, ageret vniuersalia, sicut intellectus agens no ageret singularia, mundum, & partes suas.

10. Ratio. ¶ Amplius si datur creatio æterna, ergo noua, quā Ar. negat, nō dicitur noua, ergo nec æterna, cōsequentiā, phāt si datur æterna, & nō noua vel deficit ex parte mobilis, vel ex parte agentis nō ex parte mobilis, quia vtraq; fit ex nihilo, & nullū est mobile, nō ex parte agentis, quia agēs est illud, cui nil deficit, si nō deficit, est æterna, ergo nec in noua, nō repugāt creare ab æterno, nec ergo de nouo.

11. Ratio. ¶ Præterea 12. met. 44. d. Auer. intelligētia nō est agens vna aliā, vt volebat Auic. probo ex definitione agentis 12. met. 18. agens est extrahens effectum de potentia ad actū, vbi ergo, nō est potentia, ibi nō agens 8. phy. 78. intelligentiæ sunt separatæ à materia, & ideo à potentia, vna ergo non potest esse effectus alterius vt ab agēte: Arist. ibi respōdet obiectioni, quæ posset fieri cōtra ipsū ex authoritate Platonis, qui dixit quòd creator creauit primo angelos manu sua, deinde præcepit eis creare alia entia mortalia. Respondet Plato nō velle hoc dicere, sed aliud sub verbis suis obscentius. Pro quo sciendū quòd dicere aliquid sub verbis obscuris, ē dicere aliquid sub enigmate, vel metaphora, vt dicit creator legū discipulis interrogantibus cur metaphoricè iudex loquebatur, dixit, vt audientes no intelligāt, & est respōsum Platonis in epistola 2. ad Dionisium, vbi d. non licere sectatores philosophiæ claris verbis loqui imò & d. ipse in lib. Algazel. ad mentē Platonis tradere ea vulgaribus clara est tradere venenum, quia non intelligentes ea despiciunt, & spernunt, ex quo patet prima ratio Auerro. & Plat. s. nō intelligere id quod apparet ex falsis, primo aspectu d. aliud sub verbis obscuris metaphoricè, & enigmaticè. Dat duplicem responsionem Plato, nō locutū fuisse ad mentē suam, sed ad mentem Moysis in lege Israel in primo de generat. cap. 6 vbi dicit, Deum primò creasse cœlum, idest naturam angelicam, terram, s. elementarē, deinde præcepisse angelis, vt per 7. dies crearent reliqua entia, & in 7. die scilicet sabato requiescere ab opera. Ex quibus clarè patet Auerro. voluisse Deum non creasse, vt primo aspectu patet ex verbis Platonis.

OPINIO ALGAZELIS. Cap. II.

1. Ratio. VLTRA prædictas rationes sunt rationes Algazelis 1. disput. fol. 7. du. arguit hoc mō, si Deus esset creans, & agens, non nisi æternū, non nisi mundum, quod est impossibile: probat, quia si Deus creasset mundū ab æterno, ergo infinitū in actu, infert aliud, ergo vnū infinitū esset maius alio, quod est impossibile, nam quod diuiditur in maius, & minus per eorū duplicationē finiri pōt, singula probat hoc modo, Luna facit motū suum in mense, Sol in anno, Saturnus in pluribus annis supponit. s. si mūdus fuisset creatus ab æterno, ergo infiniti motus solares, & infiniti motus lunares darentur, ergo infinitū, quod est primū impossibile, sed quid secūdū, nam motus lunæ sunt plures quā motus solis, & plures motus solis quàm saturni, & omnes infiniti per primū sumptū, ergo vnum infinitū maius aliò, probat

Probat cõsequentiã, nam quæ est proportio partis ad partes, eadem totius ad totũ, sed vnus motus lunæ dicitur fieri in minori tẽpore quã motus solis, & plures sunt partes in anno quã motus solis, ergo sic se debet habere in toto agregato, agregatũ ex motibus lunæ infinitis maius agregato ex motibus solis infinitis.

2. Ratio. ¶ Arguit iterũ dub. 11. si creatio fuit æterna, fuit propter aliquẽ finẽ, propter quẽ creauit ab æterno, & non de nouo, aut nõ, si nõ, non est verum 2. de gen. 56. & 9. met. 10 ab eodem inquantùm idẽ non determinato principio diuerso fine electo per voluntatẽ nõ prouenit aliquod, ergo necessario, si creatio æterna, venit à Deo propter aliquẽ finem, erit principiũ diuersum ob quẽ creauit ab æterno, & nõ de nouo.

3. Ratio. ¶ Præterea si creauit ab æterno, non de nouo, nõ propter aliud nisi quia videtur impossibile ab æterno venire effectũ nouũ, sed hoc est necessariũ, nõ impossibile, ergo creationem nouã nõ æternã dicimus: positionẽ antecedẽtis probat ad sensum, sortes fit à Platone de nouo, & ille ab alio homine de nouo, vel erit processus in infinitũ, quod est impossibile, vel veniendum est ad primam causam æternã. s. Deũ, ergo aliquis effectus nouus erit à causa prima æterna.

4. Ratio. ¶ Vltra probo quòd ab æterno possit prouenire nouũ, nam motus cœli causat ista noua inferiora, vel inquantùm permanens, & æternũ, & sic habetur intentũ, vel in quãtũ successiuũ, & nouũ, & sic indiget alia causa priori, & tunc quærendũ est de illa alia, & sic in infinitũ, quod est impossibile, ergo ab æterno põt prouenire nouũ, & ideo erit creatio noua & nõ æterna.

5. Ratio. ¶ Præterea si Deus creans, & agẽs ergo prius tempore re creata, & actu, probat cõsequentiã 9. met. 13. agens prius tẽpore suo effectu, ergo effectus non æternus, quia æternum semper est simul cũ sua causa, quod est impossibile.

6. Ratio. ¶ Rursus si creatio æterna, ergo motus æternus infinitus ante motũ in infinitũ vt diximus hoc est impossibile motum esse ante motũ in infinitũ, ergo motus æternus cum creatione æterna est impossibilis: consequens impossibile monstrat ratione, & exemplo proportionali ratione 8. phy. omnes concedunt dari primũ motum nõ habens priorem, sed infinitũ non habet primũ, ergo stante motu primo impossibile est dari motũ ante motũ æternum; & infinitũ. probat à simili, vt 1. cœli 92 & supra in habẽte magnitudinẽ 1. cœli nõ habẽte maiorem, impossibile est dari dimensionẽ maiorẽ in infinitũ, sed standũ est in illa, ita dato primo motu impossibile est dari priorẽ in infinitũ, sed standũ est ad primũ finitũ, non ad primũ infinitũ, nec æternũ.

7 Ratio. ¶ Preterea si agẽs creans, nõ nisi extrahẽs rem creatã de potentia ad actum 9. met. 13. potentia prior tẽpore suo actu, ergo agens creans prius tẽpore creato, ergo nõ ęterna, quia æternũ nõ habet prius tẽpore.

8. Ratio. ¶ Arguit iterũ in 3. disput. in sol. 2. dub. 8 phy. 8. & 9 met. 2. omne agens aut naturale, aut voluntariũ, Deus creans nullo horũ modorũ, ergo Deus creãs nõ est verũ agẽs.

9. Ratio. ¶ Præterea in 3. disput. in sol. 7. dub. sumit vnũ. s. innouatũ contradicere ęterno, quod. n. nouum nõ est æternũ, nec è contra, sumit secũdo apud philosophũ, mundũ, & entia quæ sunt in mũdo, æterna omnia, licet diuerso modo, quædã numero, quædã spetie, quædã permanenter, quædã successiuè, sumit 3. effectum agentis necessario dici innouatum. s. quodlibet esse nouũ ab agente post esse agentis, aliter non esset effectus: tunc sic, id quod est æternũ, nõ est innouatum per primũ sumptũ. si nõ innouatũ, nõ effectus agentis per secundũ, cui addit minorem, & est 3. sumptũ, & quæ sunt in mũdo, omnia sunt æterna, ergo non possunt esse effectus alicuius, nec Dei.

10. Ratio. ¶ Vltimo arguit dub. 8. si Deus agens creans, vel esse tantũ, vel priuationem tantum, vel vtrunq;, non priuationem, quia priuatio nõ est effectus agentis, vt dicimus non esse, & priuationem propter eandem rationẽ, effectus. n. proprius agẽtis est esse nullo modo priuato, nec solo, nec cũ esse, ergo solũ esse creauit, si solum esse, ergo potest nõ esse, ergo ex nõ esse priori tẽpore esse ergo non ab æterno. Ex his ergo rationibus clarum philosophis reliquimus creationẽ æternam non dari; Quæ quanti valeant, post determinationem nostram perspicuum erit.

DE TERMINATIO QVAESITI PONITVR. Cap. III.

Pro introductione veritatis huius arduæ, & perdifficilis quæstionis est sciẽdum quòd Deus creat vel esse tantum, vel priuationẽ tãtũ, vel vtrũq; quod potest esse duobus modis, vel vnum separatum ab alio, esse post priuationem, vel vnum coniunctum cũ alio esse cum priuatione, quod etiã duobus modis põt considerari, vel vtrunq; per se efficirẽ Deo, vel vnũ per se s. esse; priuatio nẽ verò per accidens. Quo stante põno istas cõclusiones.

1. Conclusio. ¶ Deus creãs agẽs nõ fecit priuationẽ solã, probatur ex definitione agẽtis 12. met. 13. & 18 & 9. met. 13. patet inductione sensata agẽs est quod facit sibi simile in actu, effectus ergo suus proprius est actus, esse sibi simile, no priuatio simile in actu, nõ in potẽtia, & priuatione, quòd sit propriũ sibi probatur, 2. phy. 91. & 1. top. 4. definitio rei datur per finẽ, & propriũ finẽ, sed in definitione agẽtis est effectus similis in actu sibi, ergo effectus sui proprius est actus esse, nõ priuatio.

2. Conclusio. ¶ Ponitur 2. conclusio, non creauit esse solùm sine creatione om̃nino. Pro quo nota in com.

in com. 5. 3. de ani. in ſolutione 3. quæſt. & 3. de ani. 9. & 10. ſolus Deus eſt ſimplex actus ſine potentia, reliqua habent potentiã vel ſenſibilẽ, vt generabilia, vel ĩtelligibilẽ vt mathematica, vel ad vbi vt corpora cœleſtia 12. met. 10. vel in tellectuales. Nota 2. vt dictum eſt, & dicemus ratio propria agentis eſt actus, patientis eſt effectus, eſt potentia, ex quo ſequitur quòd eſt ſimplex actus, ſimplex eſſe ſine potentia, ſine priuatione aliqua, ſolũ agens eſſe nullomodo effectũ iſto mũdo eſt Deus ſolũ primũ agens, nõ habẽs agentem prius, quia ſimplex actus, ſimplex eſſe ſine potentia, qua ſolũ patiens, & effectus, quia pura potentia ſine materia 7. met. 8. reliqua media inter hæc, inquantũ participant ia eſſe d. ultimum, agentia ſunt inquantũ potentia materiam participant, effectus, & paſſibilia Ideo d. 12 met. 18. omnia ſunt actu in primo motore, & in potẽtia in prima materia, ex quibus probatur, ergo Deus creans, quicquid creauit fecit, nõ creauit eſſe actũ ſimpliciter ſine potẽtia, & priuatione; probatur per ſumptum, quid ſimpliciter ens, & actus ſine potentia, priuatione, eſt agens primũ ſolum, non indiget alio agente per ſe, tale creatũ indiget agente, non ergo actus, eſſe ſolum ſine priuatione, & potẽtia, effectus ergo Dei creãtis, & agentis, non ſolũ eſſe, non ſolũ priuatio, ſed mixtum ex vtroq; ¶ Tertia concluſio: non eſt eſſe, & priuatio, vt ſunt inconiuncta, & ſeparata. ſ. eſſe poſt non eſſe, probatur 5. phy. 7. talis effectus eſſe agẽtis per generationem generalẽ de nouo, non æternum, & effectus dei æternus, non ergo poteſt eſſe cum eſſe poſt priuationẽ: ergo nullo trium modorum. ¶ Sequitur quarta concluſio vera, effectus creãtis agentis æterni eſt eſſe, iunctũ, ſeparatũ à priuatione per ſe, tamẽ eſſe per accidens cum priuatione per accidens. Iſta cõcluſio probatur, tunc propriè effectus producitur, cùm iuxta eſſe propriũ, iuxta eſſe melius ſui producitur, & ideo d. 2. de gen. 59. Deus ſẽper fecit, & facit de rebus quod melius eſt, ſed declaratum ſupra omnia entia eſſe principium eorum non eſt actus eſſe ſolùm ſine priuatione, & potentia, quia hoc ſolùm Deo conuenit, vt dictum eſt, ſed eſt cum priuatione, potentia aliquo modo ſupra dicto, nunquam ſeparatum ad inuicem, ſequitur ergo quòd Deus creans, agẽs entia ab æterno propriè, iuxta naturam eorum non creauit eſſe ſolùm, nec priuationem ſolùm, ſed ambo ſimul iuncta, modo dicto, & vt declarem quæ ſit iſta priuatio, quam ſimul cum eſſe rerum creauit Deus, ſcias, quod d. Au. nomine clariori, & d. eſt eſſe perfectibile rerum, intelligit quod ſupra diximus nos ſcilicet eſſe principium illarum rerum, quod non abſoluitur à priuatione, à potentia, defectu, à perfectiſſimo eſſe ipſius dei, cui nulla potentia, nulla priuatio, nullus defectus perfectionis vlterioris adeſt. Remanent duo fundamenta in probando concluſionem, quæ habent duas partes: primam quod Deus eſt agens creans mundum, & quæ ſunt in mundo ſiue corporea, ſiue incorporea fuerint, ſecundã, quòd ab æterno, creatione æterna fuit creans, & agens, vt dixi authoritate, & ratione, primo cœli 20. Auer. ibi: ponit vnam diſtinctionem, quod ingenerabile eſt duplex, vno modo ſimpliciter, vniuerſaliter, à nullo agente, nullo modo, ſecundo ingenerabile in tempore terminato nouo, & aliquo modo ſicut fuit definitũ 5. phy. primo genitũ factũ eſt non ens, aliquo modo ens, quo ſtante d. primo illud quod vulgatũ eſt de Ariſtotele de opinione ſua, cœlum ingenitũ eſſe, non factũ, non eſt verum ſimpliciter. i. vniuerſaliter, nullo modo i. à nullo agente, ſed eſt verum ſecundo modo ſ. non genitum, factum de nouo in tẽpore, & aliquo mõ, ex quibus verbis patet primo apud ipſum opinionem Ariſt: eſſe cœlum eſſe ingenitum, non factum, ſolũ factione noua, non æterna. In eodem loco dicit opinionẽ antiquorum, qui dicebant cœlum eſſe primam cauſam ſ. deũ. Amplius non diſcedentes ab opinione Ariſt. in hoc, nam Ar. dicit cœlum creatum à prima cauſa. ſ. Deo, antiqui verò dicebant eſſe primã cauſam increatũ, non factũ ab aliquo priori: differunt ſecundo: etenim Ariſt. non d. ſimpliciter ingenitũ. i. à nullo agente, ſed ingenitũ de nouo in aliqua parte tẽporis, antiqui verò dicebãt ingenitũ ſimpliciter omni modo, quia dicebãt eſſe primã cauſam agentẽ, non habentẽ priorẽ, ex quibus etiã verbis patet apud Ariſt. cœlũ non eſſe primã cauſam agentẽ, ſed habere agẽs prius à quo fuit factũ; & creatũ; probatur ex dicto ar. in illo textu cũ. n. pponat Ari. cœlũ ingenitũ, non proponit ſimpliciter ingenitũ, ſed cũ conditione. ſ. ingenitũ ab aliquo de nouo prima materia, & in tẽpore, quòd d. Auer. eſt verũ Ariſt. n. ibi ſolũ probat cœlũ ingenitũ, non tantũ ex materia, ex cõtrario, generatione noua, vt mõſtrat ratio ſua ibi in textu, quòd ſi Ar. vellet eſſe ingenitum ſimpliciter. i. à nullo agente omnino ingenitũ etiã generatio æterna inſufficiens foret Ar. non improbando ſecundũ modũ: Cũ ergo nõ improbaſſet, ſignũ eſt tanquã verum ſupponere. ſ. ab æterno genitũ, factũ creatũ à Deo fuiſſe: probat ratione Auer. In ſolubili, & ſupponit ex 2. phy. 29 & 5. met. cap. de cauſis, agentẽ cauſam differre ſpecie, ratione à tribus cauſis: quo ſtante arguit hoc modo, cœlũ, mundus, omnia entia in eo, præter deũ ſunt effectus cauſæ agentis, aut agẽs eſt diſtinctũ ratione à tribus modis cauſarũ, aut nõ. ſi ſic, habetur intentũ. ſ. quòd habuerũt verũ agens, verum creans diſtinctum ratione à tribus modis cauſarum: ſi non ſunt effectus agentis, ergo ſunt primum agens, prima cauſa in agendo; quòd eſt impoſſibile, & nemo dicet 12. met. 3. & 6. vnum primum agens, Deus ſolus, & eſt authoritas Auerro. 2. cap. de ſubſtantia orbis, vbi dicit primum cœlum indigere non ſolum prima forma, & intelli-

intelligentia, à qua habent motum proprium, figuram propriam, quantitatem propriam, ordinem proprium, in esse, & opere conuenientiam, & differentiam ad alios cœlos; ista enim est forma, intelligentia propria cœli 2. cœli 59. qualiter differunt, & conueniunt orbes inter se, taliter intelligentiæ ipsæ; sed indigere alia intelligentia extrinseca, quæ non sit forma, & natura propria ei, sed extrinseca, quæ sit agens, conseruans esse suum æternum, & motum æternum, & est Deus, primus motor, vt illi, & 12. met. 41. & 2. cœli. 71. vt. d. 8. phy. 52. ar. ipse etiam in 3. disp, in sol. dub. 9. permanentia æterna in esse, & moto proprio effectiuè non habere nisi à Deo, sine quo, neq; perpetuo esset in esse, neq; in omni motu, ex quibus patet dæpendere à Deo effectiuè non formaliter cœlum, & reliqua entia: Et si dices, primo cœli 20. cœli carent materia, ergo natura sua sunt æterni: Respondebo tibi, vt, dicit Auer. ibi. & 2. cap. de substantia orbis, æternum duplex, formaliter, & effectiuè: Pro quo scias primo cœli 20. & 1. phy. 82. primum principium formale generationis, & corruptionis est materia, nam dicimus formaliter propriè generabile, quod habet materiam, non formaliter generabile quod caret ea; quo stante respondet Auer. entia æterna, vt cœli, & intelligentiæ quia carent materia formaliter sua natura sunt æternæ, non tamen effectiuè, quia indigent agēte non solùm esse, & motus æterni, sed indigēt conseruante vtrunq; , vt dixi: habent enim esse defectibile, & potentiale omnia entia, præter Deum: à quo nisi continuò agerentur, conseruarentur, deficerent in esse, & opere. Et in eodem 2. cap. de sub. orb, subdit, cœlum non habere, solùm virtutem mouendi, idest causandi motum per agentem, & conseruantē suum esse, & opus: ex quo clarè patet contra modernos, cùm exponunt dicta Auer. habere agens quò ad motum, non quò ad esse, cùm clarè dicat non solùm agere, causare motum secundùm esse: ibi met Auer. probat vtrunq; dictum, non solùm causare motum, sed esse: pro quo oportet scire 2. phy. & 5. met. cap. de causis agens: est vnde principium motus ad finem, sicut finis, cuius gratiam sunt cætera, & agens agit. Nota 2. post. 30. & 31. cū vnum ponitur in definitione alterius, infert necessariò alterum, & è contra, & si posterius infert prius est demonstratio quia 1. post. 95 si prius infert posterius est demonstratio causæ, Nota 3. agens est prius fine idest effectu. 9. met. 13. effectus est posterior in esse, ipso agente, ex quo inferimus vnū, quòd finis est signum necessarium, necessariò inferens esse agentis, idest signum demonstratio quia à posteriori ad prius: vbi ergo finis necessariò, ibi agens necessario, quod dat finem necessario rei, est agēs necessario ipsius rei, probatur ex sumptis, 1. post. 95. posterius proprium, necessarium significat necessario demonstratione quia esse prioris per secundum sumptū sed finis ponitur in definitione agentis & è contra, per se, necessario insequitur agens, & è contra, & est posterius eo, ergo est signum necessariò sequens ipsum agens demonstratione quia, vt dictum. Nota vltimo, vt d. Auer loco dicto, sicut finis effectus proprius agētis, & infert agēs ita motus effectus proprius motoris, & infert motorem, proprium rei significat necessariò demonstratione quia, ita finis proprius rei infert, significat necessario esse agentis, idest quod dat motum propriū, est motor prius, ita quod dat finem proprium rei est agens proprium rei, sed Deus dat finem proprium cunctis rebus siue corporeis, siue incorporeis. 12. met. 44. propter quē habent, & operantur cuncta, vt m. d. 1. phy. 81. optimum est, cui conantur multa assimilari, ergo est agens proprium omnium rerum, siue corporeæ, siue incorporeæ sint: ibi met subdit agēs esse duplex vt diximus supra ex 4. phy. 117. & 1. cœli 106. quoddam prius tempore suo effectu. 9. met. 17, istum modum agentis d, conuenire istis, quæ sunt in sphæra huius mūdi inferioris, quoddam non prius tempore suo effectu, sed natura, seu in esse, vt cœlum primum præcedit omnes istas res inferiores etiam tempore ipsum, & agens ipsum cœlū scilicet Deus præcessit ipsū cœlum; ex quo infert limitando conclusionem suam; Deus est agens omnia scilicet cœlum, & quæ infra cœlum sunt, non primo modo prioritate temporis, præcedendo effectus, vt ista inferiora agentia, sed secundo modo, solum natura, & secundum esse subdit propter ignorantiā huius diuisionis prædictæ, de agente aliquos fuisse deceptos, & credidisse Arist. velle solum esse causam mouentem cœlum, non agentē sui esse, quod d. esse multum absurdum, quod sit contra rationem; probat, & sumit vnum ex 8. phy. 33. & 3. cœli 28. agens simul dat formam, & consequentia formam scilicet motum proprium, vbi proprium, & reliqua accidentia propria, causa est, quia 1. top. 4. principia sunt inseparabilia, inexistentia simul generante, & corrumpente, 2. phy. 3. & 5. à forma propria venit esse proprium & opus proprium, ergo est vera maior, agens motum proprium rei, est agens esse propriū rei, sed causa agens sempiternum motum in cœlo, & in istis inferioribus aliquando motum, aliquando quietem, fuit, & est primus motor, & Deus 8. phy 52. ergo agens, creans esse proprium omnium entium est deus, non solum mouens, vt isti dicebant. Et in 3. disp. in sol. dub. 1. clarè dicit deum esse agens mundum non esse notum de se, sed demonstrabile quæsitum, modò quod demonstratur verum est, & necessarium, ergo deum esse agens mundum, necessarium, & verū est apud ipsum. Et ibi met dubio 2. & 3. sumit ex 9. met. 10. & 8. phy. 8. agens esse duplex apud ista inferiora, vnum naturale, quod facit vnam actionem tantum de contrarijs, alterum voluntariū, quod potest habere de duobus cōtrarijs alterum eorū:

qua

qua diuisione sumpta, scilicet deum esse agenté mundum, neq; primo, nec secundo modo, sed tertio dicendo infra, & superius dicto: probatur non esse naturale agens, quia naturale agit sine scientia, deus agit cú scientia, & voluntate: probatur non esse voluntarium, nam agens voluntarium in his inferioribus agit propter melius, quod sibi deficit, deus neq; melius habet, neq; sibi deficit aliud: secundo agens voluntarium in his inferioribus agit duo opposita, deus verò séper vnum, quod melius est: tertio illud agit cú passione, alteratione facta à meliori obiecto extrinseco, deus inalterabilis, impassibilis omnimodo, differt ab vtrisq;, nam cum omnes modi agant necessario, necessitate ordinata à fine, pro vt supra dictum differenti modo necessitatis agés vniuersale, agit necessario à suo principio intrinseco, nam 2. phy. 3. natura est principium intrinsecum necessarium operationis eius in quo est, & Deus agit per voluntatem, & liberè, hoc modo agens per voluntatem in his inferioribus agit necessitatum ab obiecto existenti tanquam meliori electo, Deus verò agit necessario à volútate, necessitate à nullo extrinseco, sed sola sua bonitate.i. sua essentia optima & meliori omnibus, ex quibus omnibus patet apud ipsum, Deú esse verum agens mundum, differenti modo ab agente naturali, & voluntario istorum inferiorú. Et dubio 2. dixerat Algazel, vt dicunt moderni nostri temporis mundum fuisse à Deo consecutiuè, sicut vmbra corpus consequitur, lux solem, non effectiuè, & est modus qué moderni dicunt; Contra istos arguit Auer. hoc modo, quia si hoc esset verum, Deus non esset verum agens, sed tali modo agens: corpus enim non agit verè vmbrá, patet ergo ad mentam suam pro falso habere, mundum esse à Deo consecutiuè, non effectiuè vt à verò agente: probatur vtrunq;, primo primum: effectus diuersus in esse ab ipso agente separabilis ab eo, vt patet inductione in omnibus vmbra non potest separari à corpore, vmbra ergo non est verus effectus corporis, vt ab agente vero: probatur secundum quòd mundus sit à Deo, vt ab agente vero, & sumit vnum, quod est fundamentum omnium rationum, scilicet ratio nem primam definitionem agentis veri esse extrahere actum de potentia, vt dicit Iterum definiendo agens apud Arist. 12. met. 18. Quæres 2. phy. 19. & 5. met. cap. de causis, agens diffinitur, vnde principium motus, ergo ista definitio sua apud Arist. non illa. Respondet Arist. 9. met. 2. cum d. actum, & potentiam in plus se habere, quàm secundum motum, quia in sequitur ens in quantum ens, non ens cum motu natu rale tantú 6. met. 2. ex quo patet solutio Arist. 2. phy. 19. & 5. met. supponens ab illo loco, diffinit agens naturale solum, quod est cum motu, non agens per se in vniuersali, quod insequitur ens in quantum in ens: Auer. verò hic definit, non hoc agens, sed vt sequitur ens, in quantum ens pertinens ad metaphisicum. Quòd sit hæc definitio veri agentis, probatur ex dicto Arist. & ratione 7. met. 23. & 12. met. 13. & 18. omne quod fit, fit de potentia ad actum à simili in specie, idest in actu per quod fit: intendit effectum à quo fit, intendit agentem, agens ergo est quod existens in actu specifico facit effectum non existentem in actu, sed in potentia exire in actú specificú, ex quo infertur aliud scilicet rationem propriam agentis esse actum, dicitur à quo fit simile in specie, idest in actu esse rationem, effectú esse in potentia, dicit enim quod fit, idest effectum non exire in actum, ergo in potentia vt existat, & fiat, idem d. 3. phy. 17. & 9 met. 2. rationem agentis esse actum, rationé effectus, & passi esse potentiam. Nota 2. ex 3. de an. 9. & 10. & 5. com. sol. 3. quest. solú actum esse deum reliqua habere simul potentiam, vel sensibilem, vt materialia, vel intelligibilem, vt mathematica, vel ad vbi, vt corpora cœlestia 12. met. 10. vel intelligibilem, vt intelligentiæ, ex quo sequitur, vnum solum agens Deum esse, quia solú habet rationem agédi scilicet actum, & reliqua omnia habent rationem effectus quia habent potentiam, quæ est ratio propria effectus. Ex quo arguit Auer. hoc modo, illud est verum agens necessarium, quod est actus respectu omnium: exéplo monstrat, genus generalissimum dicimus, quando simpliciter profertur, quia omnium genus, nullis speciebus est, de omnibus prædicatur, & nulli subiectum est, quod ergo est actus omnium, nullo modo potentia, agens verum sé per omnium est, sed Deus est actus respectu mú di, & eorum quæ sunt in mundo, dico omnium, non consecutiuè sicut vmbra corpus, probatur Iterum alia ratione sumpta ex 1. post 15. & 2. met. 4. causa vt fit tale, est magis talis, vt ignis est causa agens, vt sint calida ligna, ergo magis calidus, 8 phy 52. Deus est causa agens, vt quædam sint mouentia, agentia semper cœli, & intelligentiæ, quædam aliquando sic aliquando nó, vt ista inferiora, ergo Deus verius, & magis agés est: probatur tertio, quod facit totú magis agens est, quàm illud quod facit aliquod tale 12 met. 18. creans facit totum indiuiduum, creat animá, & corpus, vt inferius latius probabimus, ante mú dum enim nihil erat, agentia inferiora solú potentiam mutant ad actum, materiam ad formá, ergo Deus agens, creans verius perfectius his inferioribus. Vltimo non solum agens, & conser uans perfectius agente solùm, vt sumptú Deus, non solum communicauit agendo, sed continuè conseruat perfectius, ergo verius agens, vt conuenit. In fine dub. 4. in dubio 6. dicebat Algazel, vt dicunt moderni, Deum esse agentem mú dum, & quæ sunt in mundo vera effectiuè, sed quia esse mundi, dependet ab eo substentate, perficit per esse suum. Respondet Auer. non esse mentem philosophorum istam, nam isto modo solum esset forma, & finis, non agens verè i. de

ani. 14. & 2. phy. 3. forma est quæ substētatur, perficitur in esse rei propriè, vt anima, ex quo habetur clarè contra modernos, non solùm esse formam, & finem, vt ipsi dicunt. sed esse verum agens distinctum à ratione formæ, quam infra dicit esse extrahere actum de potentia: In dubio 8. dicit mundum posse considerari quo ad motum, & quo ad esse limitationibus supra dictis, ab æterno non in tempore ex nihilo, nō ex aliquo, non ex potentia, & priuatione præcedente tempore esse, sed quæ simul cum actu, vt supra diximus: probat etiam ratione supra facta primo cœli 20. mundus, & quæ sunt in mundo, aut per se entia sunt per se, idest sine agente, aut non, si per se sine agente, ergo primū agens est nō Deus, quod est impossibile, si non per se, sed ab alio, ergo habuerunt agentem non nisi Deum, vt diximus supra. Et dub. 8. dicit quòd est verum agēs, tam æternorum, quam non æternorum, & declarans modum effectus eius dicit non agere in eis solam priuationem, quia 12. met. 15. & 18. effectus agentis est facere similem actu specificum, non priuationem, secundo non causat actum solum, quia vt diximus actus solus, & primum agens nullo modo effectus, & ipse Deus agit 4. in eis esse, & priuationem, non priuationem præcedētem tempore, separatam ab actu, quia illud est nouum 5. phy. 7. non æternum, sed creauit, fecit actum eorum simul sumptum cum priuatione, & per priuationem intendit vt diximus esse potentiale defectibile, quod in omnibus entibus præter Deū, qui facit illa propriè habet rem propriam ratio agentis. Dub. 10. clarè dicit Deum esse verum agentem mundi, & eorum, quæ sunt in mundo, & remouet obiectionem, quam quis diceret 12. met. 16. & 2. poster. cap. de causis, agens prior tempore suo effectu, si Deus agens mundum, ergo prior tempore, ergo non ab æterno creauit: Respondeo hoc valere in agente inferiori, quod agit de nouo, & in tempore, falsificari verò in agente sine tempore, & æterno, vt diximus supra, & subdit Auer. Plato posuit Deum agentem mundum, sed non posuit mundum æternum, sed nouum ea causa, quia æternum non potest habere agens: Aristot. verò meus posuit esse æternum, & habere agens, quia non impossibile est effectum æternum habere agentem æternum, & ideo dicit discipulos Platonis increpasse Aristotel. volentem æternum habere agentem, quod tamen dicit esse verum, & possibile, & probat duplici ratione, vna sumpta ex 8. physic. 35. & 3. cœli 28. agens opus pro prium agit verum proprium quia primo topic. 4. inseparabilia simul generantur, & corrumpuntur 4. met. 3. & 2. physic. 3. & 2. de ani. 2. est eadem forma actus primus, & secundus, sed 8. physic. 52. Deus est agens motum æternum in mouentibus semper, & aliquando sic, aliquando non ergo Deus fuit simul creans & agens verum: probatur secundo pro quo scias secundo de anima 7. & 8. metaphy. 15. eadem res forma est, & est vna à forma, à qua habetur esse, & vnitas rei. Nota 2. ex septimo metaphy. 60. compositum essentiale, dicit formam additam partibus, differens ab eis, a qua partes sunt, & vnum sunt. Nota tertio, ex secundo cœli 42. totus mundus est totum essentiale, sicut animal ab vna anima mundi, scilicet Deo vt dicit Them. primo de anima, cap. 27. & 4 metaphy. 5. partes totius essentialis habent rationem, definitionem à forma totius, cùm remouetur à toto, nec nomen, nec diffinitionem partis habet: sic manus separata à toto, non nisi manus mortua, sicut cùm est in toto manus est, & dicitur, quo stante arguo, Illud, quod est agens vnitatem in re agit esse rei, quia vt dictum à forma res est: & vns est, agens ergo vnitatem in re, agit esse rei, & formam, sed Deus est agens vnitatem mundi, ergo Deus est agens esse ipsius mundi, & partium mundi, & quæ sunt in mundo, quæ non sunt nec dare partes, nisi cum sint in toto. Dices ex dubio 11. dicitur Deum esse primum agens æquivocè dictum cùm his inferioribus: exponatis æquiuocè, idest analogicè, & meritò, nam 4. metaphy. 2. & 7. disput. sol. 7. dubij quicquid commune primo, & secundario: causæ, & causato, est commune analogum, sed Deus est primum agens, & causa, vt aliqua inferiora sint agentia, agens ergo de ipso, & inferioribus analogicè dicitur: si quæras ab Auerro. quare dicitur analogicè? Respondet pro quo scias 7. metaphy. 2. & primo elench. cap. proprio. simpliciter absolutè tale est, quod habet triplicem vniuersalitatem, omni loco, omni tempore tale: & secundùm quid tale est, quod aliqua conditione opposita est tale, sicut loco dicto, & substantia simpliciter ens est vniuersaliter respectu omnium, accidens verò secundùm quid, quia cum aliqua conditione est ens, idest aliquod ens, inquantùm in est substantiæ: quo stante patet dictum Auerro. Deus est agens simpliciter vniuersaliter respectu omnium, sine conditione aliqua particulari, & ista inferiora sunt agentia secundum quid, scilicet cum aliqua conditione particulari respectu alicuius agentis, non respectu omnium, non in loco, nec tempore, de isto loquebatur Arist. 7. metaphy. 23. & 12. metaphy. 11. & 18. cum dicit agens non habere sibi simile in actu specifico sibi, non simpliciter, esse ens determinatum effectum particularem, & particulare agens est, patet ratio horum ex supradictis, actus est ratio propria agentis, sicuti est actus, ita est agens, sed Deus simpliciter est actus respectu omnium, ergo est agens respectu omniū, & ista inferiora sunt in actu respectu similiū in spetie, & particulariū, nō

B respectu

respectu omnium, quia omnia sunt in potentiã aliquo modo, vt dictum respectu actus similis, non ergo sunt simpliciter agẽtia, sed aliquo modo, respectu similium in specie: probatur quòd sit agens Deus, alia ratione: 2. de anima 7. forma res est, & vna est 1. post. 11. & 2. post. 48. & 8. met. 12. & primo de partibus cap. 1. & 7. met. 60. in essentiali composito forme sua est addita omnibus, altera ab eis, quæ 7. met. 35. totum, & partes in toto sunt, colliguntur in vnum per colligantiam, ergo intelligit esse partium, vt sunt ligatæ, & vnæ in vna forma totali: quo stante arguo sic, quod agit colligantiã partium, agit vnitatem earum, & quod agit vnitatem, agit formam totius, qua sunt ligatæ, & vnitæ, & quod agit formam agit esse, & est verum agens, sed Deus agit, creauit colligantiam partium mundi, & vnitatem earum, in qua, in vnũ sunt ligatæ, ergo creauit formam, & esse mundi, ergo Deus est verum agens mundi, & partium suarum, & eorum quæ sunt in mundo: minorem probo ratione, & exemplo, Illa per se vnitas partium mundi, aut per se sola est talis sine alio, aut per aliud: si per aliud, tunc quæro de illo alio, & quia 3. phy. & 2. met. non datur processus in infinitum, deueniendum est deniq; ad aliquod vnum per se, non per aliud: sed causa per se, propria vnitatis, & colligantiæ aliorum est Deus 2. met. 4. per se ens vnum verum, vnus solus Deus est, & vt dicit Plato est quòd dicit primum vnum per se solùm esse scilicet Deum ergo &c. In destructionibus dubio 15. datur ratio philosophorum ad probandum hoc ex effectu sensato ad visum: videmus agentia inferiora habere effectos suos, vel per se agentia sunt, vel non: si non, sed per aliud, tunc quærimus de illo alio, & quia non est processus in infinitum, deueniẽdum est ad aliquod, vt venit Arist. 8. phy. 74. per se agens, à nullo patiens à nullo effectus nec per se, nec per accidens, nec ab altero attributione, & vt d. in ti. 53. causa vt hæc sint agentia ab æterno, scilicet intelligentiæ hæc, quod est aliquando sic, aliquando non, & non vt inferiora, & dubio 18. clarissimè intulit philosophos negare corpora cœlestia, & reliqua entia in mundo, & mundum ingenerabilia hoc modo, scilicet generatio noua ex re scilicet ex subiecto primo phy. 63. à re 1. phy. 42. vsq; ad 47. in tempore, & priuatione præcedente esse tempore 5. phy. 7. non tamen negare generationem, creationem eorum æternam non in tempore ante tempus, non ex re, ex nihilo, non ex contrario; sed priuatione, & negatione simpliciter; Probatur alia ratione, & sumo ex 1. phy. 81. finem eundem subiecto cum forma esse, maximè in separatis à materia, in quibus 3. de ani. 15. operatio, quę est finis rei, est idem cum substantia: quo stante arguo sic, agens finem, agit formam, & esse rei, & est verũ agens: sed Deus, vt probatum supra, fecit finẽ, entia, ob quem omnia entia sunt, & operantur, ergo necessario fecit formam, & esse rei: ergo est verum agens; Ex dictis ergo patet non solũ contra nostros lectores modernos, quorum aliquando fuimus auditores: Deum esse verũ agẽs mundi, & omnium, quæ sunt in mũdo, sed etiã patent rationes Aristotelis, Auerrois, & nostræ, quibus hoc probatur: Quod pateat ex dictis Aristotelis; probemus ex ipso Aristotele hoc esse verum: nam quod facit generationem rei, facit rem, patet inductione sensata in animalibus, quod enim facit generationem hominis, facit hominem verè; nam 2. phy. 14. generatio dicitur natura, quia est via ad naturã, sed 2. de genera. 56. & 59. & 12. met. 33. Deus est agens per motum æternum, vel ab æterno fecit generare solum inferiorum æternitatis, sequitur ex hoc conclusio habens duplicem partem, prima, quòd fuerit faciens esse eorum, quia faciens generationem, facit esse, secunda, quod agens fuerit ab æterno, quia agens generationem ab æterno, agens etiam ab æterno, & æternum esse est, sequitur tertia pars; quòd sit creãs ens ex nihilo, quia, vt diximus, ante mundi generationem æternam nihil erat, si ergo agens æternum, ex nihilo necessario: (veh vobis modernis quia implebitis buccam vestram, ex nihilo nihil fit: videtis oppositum?) Est alia ratio 1. cœli 100. & d. ab esse suo semper existente, & æternum communicatum fuisse esse, & viuere omnibus entibus, his clarius, his verò obscurius: si quæres motum, & tempus; Respondet motu æterno, & ab æterno: si quæris causam quare communicauit esse: nota 5. & 3. polit. & 8. ethic. 7. Rex differt à tyranno, quia rex intendit vtilitatem subditorum, tyrãnus verò propriam vtilitatem, dat causam Arist. tunc enim rex verè est cùm habet omnia habenda sibi sufficienter, ac nullo altero indiget ex quo inferri notentium: si ergo rex operatur non propter melius sibi, quia sufficiens bonum, nullo indigẽs acquisibili, si ergo operatur, vt cõmunicet bonum suum alteri. s. subdito, non vt acquirat sibi. Ita in proposito arguo de Deo, vt 12. met. probatur optimũ sibi sufficientissimũ est, nullo indigẽs bono alterius, si ergo operatur, vt agit, non ad acquisitionẽ sibi boni, quia nil deficit, sed vt suũ communicet alteri, arguo sic, Deus vt d. Ar. cõmunicauit esse suum motu æterno ab æterno, sub alio ergo genere causarum, non vt materia, quia nefas est dicere simpliciter actum, & materiam, cõmunicauit non vt forma, vt sibi dicũt, formæ. n. licet communicent esse suum composito, non tamen ipsa faciens motum, sed mediãte motu facto ab alio, & d. Arist. Deus cõmunicauit esse mediante motu suo, quem ipse fecit: non vt finis: finis. n. communicatus rei, vt finis motus factus per motum, non faciens motum. Deus verò communicauit esse factione motus, quem ipse fecit, ergo necessario non nisi vt agens

vt agens. Probo ex definitione agentis 2. phy. 29. à simili in naturalibus agens vnde principiũ motus, quò sic cõmunicant effectui esse ab agẽte, sed Deus est à cuius esse, semper existente, mediãte motu æterno, ab ipso initiato communicauit esse effectibus omnibus in mundo, ergo necessario sub ratione agentis. Et 12. met. à textu 30. vsq; ad 35. arguit Arist. motus æternus est, ergo veniendum est ad aliquid, quod simpliciter actus sine potentia aliqua, probat consequentiã: si .n. haberet potentiam, posset non moueri, posset non esse motus, non foret æternus, ergo necessario si motus æternus, datur simpliciter actus à quo est æternus, & est Deus: quo stante arguo, sic simpliciter actus simpliciter agens, quia actus est ratio agẽdi, vt diximus, Deus ergo simpliciter agens, & omniũ, & subdit ibi simpliciter loquendo istum actũ præcedere omnem potentiã: quo stante arguo sic, ante omnẽ potentiam Deus simpliciter actus, ergo simpliciter agens, ergo creans ex nihilo, probatur, quia ante potentiam, ante mundũ nihil erat 9. met. 2. d. actum, & potentiam posse inueniri sine motu, quo stante arguo sic: ibi met. dicit actus ratio propria agentis, potentia effectus, ergo agens sine motu: quæro quid est illud, non potest esse nisi Deus, vt d. Auer. 12. met. 44. cum d. creasse omnia entia sola intellectione sui ipsius sine motu. Ex quo sequitur, quòd talis efficiẽtia Dei sine motu sit æterna, & ex nihilo, & ideo datur creatio: probo sic: solus motus est in subiecto, & ex subiecto. & in tempore, qui ergo agit sine motu, vt Deus, vt probatum, agit sine subiecto, & ex nihilo, & non in tempore. Quare apud Philosophos, & maximè peripateticos datur ista creatio.

ANIMAM CREARI.
Cap. IIII.

Viso quomodo apud Philosophos nostros peripateticos necessario dabatur ipsa creatio, vt propositum sequar meum scopum quomodo anima producta fuerit, vt nanciscamur ipsius creationem, Id rationibus quibusdam philosophicis quoque probare intendo: Hic enim tantum vt philosophus loquor, & primo intendo probare quòd anima sit spiritualis, tali pacto (& ne authorem defraudemus) est argumentum Alexandri de Ales. in 2. sent. videmus enim quædam corpora, quæ non nutriuntur, nec augmẽtantur, nec generantur, nec mouentur, nisi motu violentissimo vt lapides, quædam quæ nutriuntur, & augmentantur, vt plantæ, quædam verò quæ vltra hæc, mouẽtur, & sentiunt vt animalia, & quædam quæ agunt ratione. si ergo harum operationum esset corporeitas principium, & causa, tunc in omnibus corporibus inuenirẽtur, sed hoc falsum est, ergo illud, à quo proueniũt illę operationes, nõ erit corpus, sed anima, quæ spiritualis substãtia est. Amplius videmus actiones, in quibus conueniunt vegetabilia, & animalia, & homines, nutrire scilicet, & generare, & videmus actiones communes hominibus, & brutis, in quibus non cõmunicant vegetabilia, vt sentire, & imaginari, & videmus alias quæ sunt proprię hominibus, vt ratiocinari, & intelligere, & inter bonum, & malum, verum, & falsum discurrere, & huiusmodi, ergo erit in vegetabilibus principium generationis, quod quidẽ est anima vegetatiua, in brutis principiũ mouendi, & standi, quod est anima sensitiua, in hominibus verò principium ratiocinandi, & intelligendi, quod est anima intellectiua, istæ ergo operationes non possunt esse à corporea, & substantia materiali in hominibus, ergo ab immateriali, & spirituali, quæ est anima, ergo est spiritualis. Sed ille philosophorum antiquissimus, qui suas opiniones in hæresi fundauit, & est modernus, animam intellectiuam sicut vegetatiua, & sensitiua, ex potentia materiæ, mediante semine esse productam, taliter vult probare. Cùm vnum, & iddem sit agẽs, cuius actio ad materiam, & ad formam terminatur, oportet ergo quòd ipsa anima intellectiua, quæ forma humani corporis est, sicut corpus traducetur, sed corpus per seminis virtutem ducitur, ergo etiã anima, quòd si nõ fieret, non vnum simpliciter fieret, sed ex materia, & forma vnũ fit, ergo anima mediante semine ducitur. Insuper si anima à Deo crearetur, sequeretur ipsum Deum esse cooperatorum adulterorum causam, cùm ex adulteris pueri generatur, illicito quidem concubitu, in quo anima intellectiua reperitur, sed hoc dicere inconueniens est absurdũ, ergo anima à Deo non est creata. Amplius omne ducens materiam in transmutationem per substãtiam, necesse est quod coniungatur illi, quod transmutationem recipit, sed forma substantialis est transmutans materiã secundum substantiam, ergo necesse est quod coniuncta sit illi, ergo non est à foris veniens. Sed potius virtute informatiua parentum: maior probatur ex Arist. 7. phy. & 1. de gener. & cor. vbi vult quòd inter agens, & patiens non detur medium, sed trãsmutans est agens, & quod transmutatur est patiens, ergo inter transmutans, & quod trãsmutatur non est mediũ, quia tunc agentis actio à tali medio posset impediri, & minor de se nota est, si generationis modus inquiratur, quia cùm generatio, quę substãtialis trãsmutatio est, aliud non sit, nisi substantialis formæ introductio super materiam, ergo cum forma sit agens, &

materia patiens, & non datur medium, ergo ne
cesse est tale agens in materia, sine medio con-
iungi, ergo anima ipsa, cùm substantialis forma
sit in generatione corporis, mediante semine
ducitur, & non à Deo creata. Vltimo omne
quod mouet, & operatur ad hoc vt aliquid fiat,
& quiescit illo operato, & facto, includit illud
operatione illa, vt finem, sed semen in operatio
ne animatorum mouet, & operatur ad hoc vt du
catur anima in organicum corpus, ac ipso fa-
cto quiescit, ergo est causa efficiens generatio-
nis animatorum secundùm formam, quam in
homine rationalem formam vocamus, minor
probatur ex 2. de generat. ani. vbi d. semen ef-
ficere illud in sanguine, sicut coagulum in lat-
te, sed coagulum se habet vt agens, lac quidem
vt materia, ergo semen est agens, & sanguis mẽ
strualis materia, ergo anima à semine, vt ab agẽ
te est producta: Sed hanc heret icam opinionẽ
cum Aristotele taliter reijcio, nulla enim vir-
tus actiua vltra suum genus agere potest, cùm er
go anima intellectiua operationẽ super omnia
corpora eleuatam habeat (vt inferius prolixius
probabitur) quam intelligere vocamus, nullo
corporali organo affixam esse, corporeum ge-
nus excedat, ergo nulla corporalis virtus animã
intellectiuam excedere potest, minor probatur
ex libro de anima, cùm intelligere sit propria
ipsius animæ operatio ab omni corporali orga
no separata, cùm ergo omnis actio virtutis, quæ
in semine est, non nisi per aliquam corpoream
virtutem, eo quòd informatiua, virtus median-
te triplici calore, scilicet cœli, ignis, & animæ,
ergo anima intellectiua in esse, seminis virtute
non producitur. Quòd autẽ producta sit à Deo
per creationem ita probatur, finis rei debet eius
principio respondere, sed finis animæ rationa-
lis, ac vltima eius perfectio est vt totum ordinẽ
creaturæ transcendat per cognitionem, & amo-
rem, ac ad primum principium, quod est Deus
pertingat, vt infra latius dicemus, ergò ab ipso
æterno Deo habet immediatè originis princi-
pium, ergo per creationem, quia vt supra ipse
concurrit vt agens creans, Secundo arguò sic, &
suppono, vt supra, quod proprium Dei opus sit
creare, secundùm enim ordinem agentium est
ordo actiuuum, nam nobilioris agentis, nobi-
lior est actio, eò quòd ipsa nullam actionẽ prio-
rem supponat, imò omnes aliæ ipsam suppo-
nunt, ergo ipsum solius Dei est, qui est primum
agens, vt latiùs suprà, tunc arguo sic illud, cuius
substantia non est suum esse, sui esse authorem
habet, hoc enim notum est, cum omne quod
est ab alio necesse est esse, nisi ipse sit suum esse,
sed anima humana non est suum esse, cùm so-
lius Dei sit, ergo anima habet causam sui esse
actiuam: quo stante, quod esse per se habet, per
se etiam agit, & ita quod habet esse ab alio, non
per se fit, sed ab alio facto, vt in naturalibus vi-
demus, sed anima intellectiua, vltra alias sub-
stantiales formas habet, quia est in suo esse sub
sistens, ac suum esse proprium corpori commu
nicat, ergo præter aliarũ formarũ modũ, quæ
per accidens fiunt compositis, factis anima per
se habet suum fieri, sed, vt dictum, anima non
habet materiam pro sui parte, ideo non potest
fieri ex aliquo sicut ex materia, ergo est facta p
creationem: cùm igitur creatio sit opus pro-
prium Dei, vt dictum igitur &c. Et confirma-
tur, quia omne, quod est, habet suum esse essen
di ab vniuersali causa, ergo nihil potest esse ab
eo non creatum, nisi ipse sic nil aliud est anima
lis causa essendi, nisi Deus, ergo creatio nulli
alio conuenire potest, ergo &c. Amplius si ani-
ma non esset à foris veniens, tunc aut esset ex
anima, aut ex carne, impossibile est esse ex car-
ne, quia ex corpore non nisi corpus, & anima
non est corpus 2. de anima 26. ergo esset ex ani
ma, quod non potest esse, nam aut ex tota, aut
ex parte fieret: non ex parte cùm simplex sit, si
ex tota, ergo cùm aliquis generaret aliquem, si
daret ei totam animam suam ipse deficeret vi-
uere, quod est falsum, ergo &c. ¶ Dices contra,
& est argumentum Portij, quod furati sunt qui-
dam sui discipuli: ista possibilitas, qua anima
potest creari, vbi fundatur, non in Deo, quia
in Deo est potentia ad producendum aliquod,
ergo in nihilo est potentia, vel in Deo sunt potẽ
tia actiua, & passiua simul. Respondeo vt Scotus
2. sent. quòd fundatur in esse cognitio ipsius
Dei, vel si nostram quæris responsionem, vide
in principio supioris capitis, vbi diximus quod
Deus creat esse, & priuationem, & esse potentia
le simul. Tunc ad rationes quæ probabant ani-
mam fuisse productam de potentia materiæ re-
spondeamus ad primam, dico quòd in homi-
nis generatione, corpus est quod mediante semi
ne ducitur, & per virtutem formatiuam organi
zatur, & disponitur, omnesq; aliæ formæ, præ
ter rationalem animam è semine ducuntur, sed
rationalis solùm à Deo creatur, & tunc dico ad
argumentum primum illud esse intelligendũ,
si illa diuersa agentia ad inuicem non sint ordi
nata, ipsis tamen ad inuicem ordinatis, vnus ef
fectus ducitur: iam enim clare patet, quod in
omni generatione duæ causæ; scilicet primaria,
& secundaria inueniuntur, & secunda in virtu-
te primæ agit, prima autem vehementius agit,
vt ait Proclus in sua prima propositione libri
de causis dico ergo, quòd cùm omnis causa na
turalis ad Deum comparetur, sicut instrumen-
tum ad principale agens, ac sicut causa secunda
ad primam, ita talia agentia inuicem ordinata,
non prohibent vnum effectum producere, Itaq;
ingenito aliquod producitur actione naturę, ali
quod per alterius causæ actionem, hominis er-
go corpus est quod formatur simul virtute Dei
tanquam principalis agentis, & virtute seminis
vt agentis secundi, ipse tamen Deus omnipo-
tens sua actione animam producit, quam virtus

Argumẽtum Portij.

feminis producere non potest, sed eam disponit noo ergo impediunt talia agentia sic ordinata quòd vnum simpliciter faciant: Ad secundum dicimus aliud esse opus naturæ, aliud voluntatis, cum adulteris malum est, vt puta concubitus, eo quòd eorum voluntas est mala, opus verò naturæ est corporis formatio, & infusio animæ, quam Deus operatur, quod opus naturale est: Deum autem operationi naturæ cooperari, vltimam perfectionem inducendo non est ineõ ueniens cùm adiuuet ad opus naturæ, & non ad opus voluntatis, quod malum est, adiuuat. n. naturæ ad operandum, eo quòd totius naturæ motor est: Ad tertium dico, quòd concludit de anima vegetatiua, & sensitiua, quæ habent esse fundatum in corpore, & ducuntur de potentia materiæ, ita quòd non excedunt esse materiale, & in tali transmutatione oportet quòd trasmutans coniugatur cum eo, quod transmutationẽ recipit, & in his concludit, sed secus est de anima rationali, quæ totum materiæ esse excedit, nec potest talis anima mediante aliquo corporeo duci, sed sufficit materiam esse dispositam à virtute formatiua agentis, Idest generantis pro introductione talis formæ immediatè à Deo creatæ, & ad probationem maioris dicimus, quòd intelligitur de agente, & patiente naturali, in quibus opus est, vt communicens in materia, & quòd agens tangat patiens, sed secus est de anima rationali: Ad vltimum dicitur, quod semen in animatorum operatione mouet, & disponit, vt ducatur anima in corpore, aliter anima vegetatiua, & sensitiua, aliter anima intellectiua, quare illæ ducuntur de potentia materiæ per virtutem formatiuam, ista verò introducitur ab extrinseco, idest à Deo, disposito tamen & organizato corpore ab ipsa virtute, cùm ipsa excedat omne genus materiæ, quando ergo cõ cluditur quòd est causa efficiens animatorum secundùm formam, dico quòd in anima intellectiua est causa disponens pro introductione, & hoc voluit Arist. 2. de gen. ani. quod sola illa est quæ ingreditur ab extrinseco: Si quis autem sci re vellet virtus quæ in hominis est semine, propter quid est? Responderi potest, duplici de causa: prima, non nisi, vt formatiua, ac organorum generatiua: secunda ad organorum factorum salutem, vt deperditi fiat restauratio: prima per virtutem generatiuam trahitur, secunda per nutritiuam completur: quòd sit ita vide Arist. libro de somno, & vigil. & libro de animal. primo in generatione formantur membra superiora, vt cor, & postea inferiora, & propter hoc in primis sex mensibus magnus est fluxus nutrimenti in superiora attracti per virtutem formatiuam quæ est in semine, & hoc de prima causa intelligit: de secunda verò intellexit, quando in 2. de anima retulit, quod nil alitur, nisi quod habet vitam, & animam, quare patet quæ sunt illæ formæ, aut vt melius dicam animæ (quia obtinent vicem materiæ respectu animæ rationalis 12 met.) quę educuntur de potẽ tia materię, & quæ non. Quare hęc peruersissima opinio, iniquissimaq; sententia nil veritatis obtinet, quæ in eorum intellectibus in maxima imbecillitate, ac profundissimo errore versabatur, ac vidistis quomodo anima à Deo creatur, quam rem diffusius prospicies, quando considerabis alias rationes in cap. de immortalitate animæ.

SOLVVNTVR RATIONES PRIMI CAPITIS. Cap. V.

Consequens est pro cognitione veritatis rationes soluere, quæ in oppositum aliquid conabantur ostendere 7. ethic. cap. 4. & primam rationem soluit ad formã Auer. 3. disput. destr. sol. 19. dub. Pro solutione verò est notandum, quod generatio duplex, quædam simpliciter, quædam secundum quid: Et 1. elench. cap. proprio duplex simpliciter affirmatiuum, & negatiuum: affirmatiuum, quod includit tria vniuersalia, subiectorum, loci, & temporis, & negatiuum quod includit triplicem vniuersalitatem negatiuam, ex nullo subiecto, nullo loco, & nullo tempore: secundum quid, quod includit particularitatem aliquam affirmatiuam, vel negatiuam contradicentem vniuersalibus dictis, aliquo subiecto, aliquo loco, aliquo tempore: ex quo patet sermo Auer. generatio simpliciter fit ex non ente simpliciter, nec in actu, nec in potentia, nullo modo ante, secundo modo simpliciter, quia id quod fit est ens simpliciter, totum ens 12. met. 18. quod fit per creationem non est aliquod ens, forma, vel materia, est indiuiduum, & totum ens, materia, & forma simpliciter existens cap. de substantia in prædicamentis, & ideo dicebat Arist. 1. phy. 64. quod simpliciter sine addito fit indiuiduum cõ positum de materia, forma compositũ non simpliciter fit sic scilicet aliquo modo simpliciter, reducitur ista generatio, quia ex nullo composito demonstrato particulari specifico simplex fit generatio: secundum quid, vt dicemus: tertio simpliciter negatiuè, quia in nullo tempore, in nulla parte temporis, ab æterno, vltimo simpliciter negatiuè, quia in nullo loco, quia significat creatum compositum, hoc modo mũ dus est ante mundum, nullus locus erat, ergo in nullo loco simpliciter generatio, & hoc est quod dicebat Auer. non fit de re aliquo demõstrato composito ex re aliquo demonstrato subiecto

Solutio ad 1.

iecto pro re, ideſt ad rem, ad formam ſolam de monſtratam, ſine materia, quia fit totum ens indemonſtratum, cui materia, cui forma. Eſt generatio ſecundùm quid, ideſt aliquo modo particulari, quæ definita eſt 1. phy. à textu 6. vſq; ad finem, primo ſecundùm quid, quia fit ex priuatione, ex non eſſe demonſtrato proprio, ſcilicet compoſito aliquo modo nó ente ad ſimpliciter non ens 1. phy. à textu 42. vſq; ad 47. ſecundùm quid aliquo modo, quia demonſtratū ad compoſitum, acquiſitú per ipſam, eſt forma ſolùm, aliquod ens particulare, non totum compoſitum demonſtratum ex materia, & forma, quod eſt ens ſimpliciter, 12. met. 18. hæc eſt opinio Ariſt. vt d. Auer. fit forma ſolùm per hanc generationem, non compoſitum, tertio ſecundum quid aliquo modo ad ſubiectú, nam ſubiectum eius eſt aliquo modo ens, ſcilicet materia in potentia ex ſubiecto compoſito aliquo modo, dicitur generatio aliqua ſecundum quid: quarto in aliquo tempore demonſtrato ex duabus partibus temporis prioris, particularis, 5. phy. 3 genitum quòd prius non ens poſterior eis eſt motus factus inter duas partes temporis prius, poſterius in aliquo loco, quia quod fit 1. phy. eſt indiuiduum compoſitum, corpus aliquod particulare in aliquo loco particulari exiſtens. Quo ſtante Reſpondeo ad dubium antiquorum, qui cum dicebant, ex nihilo nihil fieri, nihil creari, intelligebant de generatione ſecundum quid, quia generabant iſta particularia inferiora, non intelligebant de generatione ſimpliciter, quia non generant, ſed creantur etiā ſimpliciter à Deo, ſimpliciter, ideſt primo ad totum eſſe materiei, & formæ, dedit ibi cauſam erroris antiquorú Auer. & dixit quòd cauſa fuit iſta, quia volebant aſſimilare modum agendi, creandi diuinum qui eſt modus agendi ens ſimpliciter ad modum agendi iſtorum inferiorum, qui eſt modus agendi ſecundum quid: Hinc notate quòd peccat fallacia à ſimpliciter ad ſecundum quid, & à ſecundum quid ad ſimpliciter. ¶ Ad ſecundam rationem reſpondet ad formam 1. cœli 20. vbi repetit hanc eandem diuiſionem, quam diximus: qua ſtante reſpondet quando dicitur vulgatum eſſe de Ariſt. mũdum non generari, non creari, intendit hoc modo ſecundo, generatione ſecundum quid, in tẽpore, noua, ex aliquo non ente, ad aliquod ens, non tamen negat generationem mundi, ideſt creationem, vt ſe exponit, & ab ipſo Deo generatur ſimpliciter ex nullo ente, in nullo tempore: & nota quòd hoc dicitur cum ratione demonſtratiua: mundus apud Ariſt. eſt æternus, aut non, non dico in genere cauſæ agentis, creãtis, non poteſt dici quod eſt prima cauſa agens, quia illa eſt ſolum Deus, vt omnes concedunt, ergo oportet dici contradictorium, ſcilicet nõ eſt prima cauſa agens, ergo eſt effectus agentis, ergo non niſi à Deo, aut ex aliquo, aut ex nihilo, non ex aliquo, quia ante mundũ nihil erat, ergo mundus eſt effectus primi agentis, creantis, ſcilicet Dei ex nihilo, & hæc eſt quam vocamus creationem, quam vt patet cognouit Ariſtoteles.

Sol. ad 2

¶ Diceremus Ariſtoteli interroganti mobile factum eſſe ex aliquo ſubiecto, ex nihilo, creatione, & ſic ratio tua nulla: huius ſententiæ fuit Themiſt. in illo loco, vbi dicit facta creatione nullũ refugiũ, nullam ſolutionem dimitti reſpondenti ipſi, quàm iſtã, ſcilicet dicere mobile, & omnia creata ex nihilo: vnde videtur quod illa ratio poſſet ſolui apud ipſum, nõ modo, quo dicunt moderni: Nota primo ſi dicerent hoc, ratio Ariſt. remaneret firma, etiam ſi Ariſt. concederet totam illis, nam ſi dicis motus creatus ex nihilo, ideſt ex nullo ſubiecto, & ideo remoues omnem rationem, quæ ſumitur à ſubiecto remanens aliud principium de agente, Ariſt. non ſolum ſumpſit in 4. textu, & 5. ad motum requiri ſubiectum, ſed agens: tunc quæro de agente aut factum, aut æternum: ſi factũ, per motum priorem primo, & impoſſibile ſequitur, ſi æternum eſt membrum quod reprobauit in 7. textu, non enim poſſunt dicere creationem fieri ex nihilo ex potentia actiua, nam 12. met. 18. dicit, creatio ex nihilo, ideſt ex nullo ſubiecto; tamen fit ex aliquo, ideſt in potentia actiua neceſſario eſt, ideo remanet agens, de quo inſurgit ratio ſimilis contra ipſos. Præterea Ariſt. haberet intentum ſuum, ſcilicet motũ eſſe æternum: ſi enim motus creatus ex nihilo apud ipſum, iſta creatio ab æterno, ergo motus ab æterno: vltimo non eſt ad propoſitum Ariſt. in 1. textu determinat quæſtionem ſuam, dicens an factus ſit aliquando motus, cum non eſſet prius, loquitur de factione motus noua in tempore, quæ, vt dicemus 5. phy. 7. eſt de non ente aliquando, ad ens aliquando iſtam generationem, eſt compoſitum, negat de motu compoſitum, probat non eſſe: vnde ſi tu dicis motũ creatum ex nullo ſubiecto, ex nihilo ipſe haberet intentum ſuum, concederet.

Sol. ad 3

¶ Ad aliam Reſpõdet Zimara Theor. 82. & dicit ipſe agẽs per crementum includitur in agente definito in 5. met. probat hoc 12. met. 44. & in 3. d. ſpũ. in ſol. 18. dub. creans creat intelligendo eſſe ſui ipſius: quo ſtante exponit dictum Ariſt. agẽs vnde principium motus realis, naturalis, quantum ad agentem iſtorum inferiorum ad intellectum agentem per creationem.

Sol. ad 4 Zimar.

¶ Parcat mihi abſentia ſua eſt falſum, nam intellectio duplex intellectus humani, quę 3. de ani. 30. non fit ſine phantaſmate, & ſine corpore: iſta pertinet ad naturalem, & tractatus naturalis in 3. de ani. quia eſt cum materia, quod omne 6. met 2. conſideratur naturalis. Eſt alia intellectio abſtractorum, quę 3. de ani. 18. & 19. iſtud idem cum ſubſtantia intelligentis, ſeparata à materia, ſicuti ipſa ſubſtantia, quæ, quia ſeparata à materia nõ conſideratur à naturali, ſed à metaphiſico. 6. met.

Confutatio.

met. 2. quo stante hoc modo arguo: definitio agentis in 5. phy. ad verbum est sumpta à naturali in 2. phy. cap. de causis 28. sed naturalis nõ considerat intellectionem dei, quæ creat, quia est abstracta à materia, ergo in illa de anima nõ potest includi creans per intellectionem 5. met. in illo loco, exponens Auer. d. vnde principiũ motus, idest vnde est generatio rerum in genere rerum, non est motus intellectionis; ergo creator creat 2. phy. 7. definitur illa definitione illud agens, quod sequitur materiam necessario, sed illud est agens naturale nõ per creationem, quia creat intellectione sine materia, ergo in illa definitione non includitur creans. Vltimo agens est vnde primum principium motus, creatio intellectio est extra illa, ergo ista definitio non potest conuenire creanti, quod dicitur 12. met. 44. si creat intellectione sui ipsis creat motu, quo intelligibile agit in intellectum, ergo magis pertinet ad librum de anima, quàm ad librum physicorum, nam motus intellectionis est motus factus ab intellectu, de quo tractat animasticus. ¶ Et ideo pro solutione Notate 8. phy. 8. & 9. met. 41. & 10. agens est duplex, vel per naturam solùm, vt elementa, & composita ex eis, vel per scientiam, per intellectum, per volũtatem; sicut; homo quicquid agit vt homo ratione, scientia, & voluntate agit, Notate 2. ex 3. de ani 49. & 54. vt motus fiat ab agente per scientiam, requiruntur quatuor principia, isto ordine, primo intelligibile finis actionis, vt intelligibile mouens intellectũ, vt intelligat proprium simpliciter indeterminatè, intelligentia prima mouet intellectum nostrum vt intelligibile, non indeterminatè simpliciter, secundùm quid requiritur, est illud met intelligibile, nõ vt intelligibile, sed vt bonum, vt melius, in actu mouens voluntate, vt desideret, eligat eam prosequendam, non in intelligibile, vt bonum; tertium quod sit voluntas, cùm elegit puellam, vt melius in actu prosequendum 9 met. 10. determinat intellectum indeterminatum ipsius intellectus, scilicet vt cognoscat, & cognoscendo iubeat virtuti executiuæ faciendi illam factionẽ, scilicet prosecutionem puellæ, quarto, & vltimo virtus executiua exequitur, & prosequitur: ex quo inferatis vnum; quod infert Ar. locis dictis in tali processu dicit mouẽs à nullo motum est mouens, & motum est mouens, & motum, estq; motus nullo modo mouens, immotum mouens est intelligibile ipsum, finis amatus, intellectus puellæ pulcra, mouet vt finis voluntatem, voluntas, intellectus, ipsa puella pulcra à nullo mouetur, ergo immobile omnino est, intelligibile amabile finis ipse, isto modo faciunt quicquid faciunt. Et artes 3. ethic. 6. & 7. met. 23. & 6. ethic. cap. 5. ars recta est ratio factibilium, idest cognitio finis desideratũ, finis rectum, ex quo, tanquam recta ratione, & causa eligit quæ agenda ad finem, facit ergo ars ex fine, isto modo facit prudentia, quæ est virtus regia: 6. ethic. cap. proprio recta ratio agibilium, idest quæ rectè cognoscens finem, rectè desiderans eum, tanquam ex recta ratione; & causa, simul eligit quæ agenda ad finem videntur ergo agens, ex fine. Et nota vlterius 12. met. 44. Deus creauit, non solùm ordinauit, sed ordinem creauit, & vltra post quàm fuerunt creata, conseruat mundum, & omnia quæ sunt in mundo, intelligas, & inferiora arte quadam architectonica, prudentia, quadam virtute regia, si non solùm, & natura, vt quia nobis sunt quadam metaphora, & similitudine, ergo Deus creauit vt agens ex fine præcognito admodum artificis, admodum producentis hoc modo ad modum agentium inferiorum: & essentia sua optima, vt intellegibile, primo mouet intellectum suum, & fuit intelligentia indeterminatè simpliciter: secundo eadẽ met essentia visa actu melior communicabilis omnibus, mouet voluntatem, vt desideraret, eligeret eam, tãquam meliorem, & communicabilem omnibus voluntatibus, post quàm desiderata, & elegit, determinauit intellectionem diuinam vt cognosceret, & cognoscens iuberet illam essentiam optimam omnibus debere exequi, cõmunicati omnibus, & quia in Deo non est virtus executiua, motiua, sicut in nobis, nisi solũ intellectus, & desiderium 12. met. 39. ideo intellectus iussit non alteri, ipse met iustitia, intellectione sui sufficiẽter communicate illud esse optimum, vt dixit 1. cœli 100. clarius his, his verò obscurius, secundùm quòd natura patiebatur; ex quo modo hoc inferimus, Deum desiderantem suam essẽtiã communicabilem omnibus intelligentem, debere communicare omnibus, quia optima sua met intellectione ab æterno executus fuit, & illam communicauit, & illam creauit: quo stante applico ad propositum: istum modum intellectionis, & creationis posuit Arist. 12. met. 31. & sumpsit ab 8. phy. 52. primus motor mobilis per se. per accidens ab altero, in 46. sed quod mouet immotum est finis, contra, ergo Deus est mouens, agens, & finis, quia per artem, per prudentiam, vt dixi in textu 37. mouet vt substantia sua intelligibilia, mouet seipsum intellectione, quomodo moto, vt d. in fine tex. omnia alia mouentur, causantur, creantur à quo taliter mouentur, taliter per finem, per intellectum depẽdet cœlum, & terra: ponit ergo istum modum creationis per intellectionẽ in 12. met. ad quẽ spectabat tractare de tali intellectione, dices tu in 5. met. vbi distinguit agens modo communi, cur excludit hunc modum? Dixi vobis alias quòd metaphysicus omnes præcognitiones suas sumit à naturali, do exemplum, definitionem esse primæ materiæ, de qua considerat in 12. à primo vsq; ad 29. non sumit, nisi medio naturali, & præcognitiones esse, & quid nominis dei, de quo tractat à 29. ad finem, non

Solutio vera.

sumit nisi motu æterno à naturalis,ita in proposito, quia, vt dicebat Auer. 8. met. 1. intendabat tradere præcognitiones tantùm, ibi sumpsit definitionem agentia à naturali ex 2. phy. & ideo in illa definitione non includit agens per creationem. ¶ Ad aliam rationem d. Zimara theor. 82. agens quoddam verum, & requirit duo, primum, vt trahat de potentia ad actum 12. met. 18. & 44. vbi non est potentia, non est agens, secundo, vt agat per motum definitum 3. phy. 6. in subiecto existens in potẽtia: quoddam est agens metaphysicum, non sic, quod abstrahit de potentia ad actum, non est motus ibi definitus, sicuti est intellectio, qua creans creat non est motus verus 12. met. 44. Deus, dum creauit, non extraxit de potentia ad actum: quo stante d. Auer. negat agens ab æternis, nõ agẽs secundo modo. ¶ Ita solutio errat in duobus, primum, quodlibet agens in æternis non extrahit de potentia ad actum, secundum quod agẽs æternum nobilius, verius agens, quàm agens inferius: vtrumq; probo. 12. met. 18. d. Auer. clarè creatio assimilatur agẽtibus inferioribus, quia vtraq; est extractio de potentia ad actum, licet in alijs differant: ibi met authoritata Ioannis christiani, creatio est extractio de potentia si non passiua, actiua ipsius creantis, ergo est extractio de potentia ad actum, & est ratio, quia vt dixit in fine 18. omnes formæ rerum sunt in primo motore in mente sua, vt in potentia actiua, ergo cùm creauit, creauit de potentia ad actum, & in 2. disput. destr. in sol. 2. dub. ad hoc propositum dixit Auer. apud philosophos omnes agens in tantùm agens, in quantum extrahit de potentia ad actum: secundum etiam est falsum, quòd istud agens, erens æterna non sit verum, imò verius agens quàm naturale: in 3. disput. destr. in sol. 2. dub. d. Auer. causæ sunt quatuor, & Deus est causa mundi, non solùm vt forma, vt finis, sed vt agans, dat rationẽ, quia agens est cùm extrahit de potentia ad actũ, de priuatione ad actum, sicuti facit Deus, cùm mundum de priuatione, de potentia subtraxit ad actum, subdit ibi, dicebant multi quòd Deus crearet mundum sicut corpus vmbram: reprobat istos, quia corpus est agens vmbram largo modo, sed Deus quasi dicat, vti agens mundi, dat causam, & dicit, agens debet esse diuersum ab effectu suo, Deus diuersus à mundo, ergo Deus videtur agens vmbram non diuersa à corpore, ergo non vti agens: subdit ibi met Deus est agens mundum nobiliori modo, quàm nullum istorum inferiorum, nobiliori modo, ergo nobilius verius agens probo, quod causat esse æternum verius agens, quàm causans esse nouũ sed Deus causat esse æternum, scilicet mundum, & ista inferiora ergo Deus nobilius verius agens, conseruans suum effectum, nobilius agens, quàm non conseruans, ista inferiora causant effectum non conseruant, Deus causauit mundum, conseruat, ergo nobilius quàm inferiora. Amplius quod causat totum esse rei nobilius agens, sed Deus causat totum esse mundi materiam formam, sicuti ista particularia 12. met. 18. solùm causant formam, non totũ ens, ergo nobilius agens Deus, quam ista inferiora. Quòd sit verum 4. met. 2. & 7. met. 2. nomen rei nobiliori, veriori modo cõuenit causæ, quã causato, sed 8. phy. 53. Deus primus motor est causa agens vt ista inferiora sint agentia, habeat esse, & nomen agentis, ergo de deo verius dicitur nomen determinatum ipsius agentis: Habetur hoc idẽ ab Auer. in 3. disput. in sol. 4. dub. in fine, vbi d. si agens quod ponimus mundi esse extrahens de potentia ad actum istud agens est verius, nobilius, ergo in æternis est verum agens, verius istis inferioribus extrahens de potentia ad actum: contra responsionem datam 12. met. 16. nam analogicè dicitur de superioribus, & inferioribus, & in 7. disput. destr. in sol. vbi mi dub analogum dicitur de vno vt de causa, de reliquis vt causatis 3. met. 2. quod est prius in esse nominis, illud est prius magis in ipso nomine: Quo stante dices Auerroi, si natura dicitur analogicè de vno vt de causa, de reliquis vt causato, de quo vt causa, & rectius dicitur hoc nomen: respondet secundum famositatem, dicitur de naturis inferiorum, quia sunt magis sensata, magis famosa quòd sint naturæ, quasi dicat secundùm veritatem superiora magis natura causa, quia 8 phy. 53. primus motor est causa, vt ista inferiora moueantur, & sint naturæ, sed causa dicitur verius, prius magis nomine quàm causatum, ergo Deus, & superiora magis naturæ, quàm inferiora: Ita est ratio de agente analogicè, dicitur de agente superiori, & inferiori, primo tamen verius magis de superiori causa, eadem, quæ est dicta in 3. disput. destr. in sol. 2. dub. & 8 phy. loco dicto, & 7. met. 37. est causa vt ista inferiora agant, sint agentia, ergo magis causa, prius, verius agens, quia nomen rei prius conuenit causæ, quàm causato: vt dicit Au. 1 disput. destr. in sol. 1. dub. vsq; ad finẽ sumeus à 1. priorum 18. & 2. de interpre. cap. 5. potentia duplex, vna quæ sequitur contingẽs, quod non est, potest esse, ista potentia prior tẽpora separata ab actu, ista potentia solùm inuenitur in istis inferioribus 5. phy. 7. genitum quod prius non ens, idest in potentia posterius ens, idest in actu potentia prior tempore ipso actu separata ab actu, alia est potentia, quæ sequitur ad necessarium, quæ stat cũ necessario, cum æterno, probat Arist. 2. de interpre. si necessarium est, ergo potest esse, ergo impossibile non ens, à primo ergo ad vltimum si est, potest esse, ergo potentia aliquando cum necessario: ista nec prior, nec separabilis ab actu, sed semper simul cum actu 3. phy. 32. in æternis posse, & actus dicuntur idem: quo stante patet differentia inter creantem ab antiquo, & generantem:

Solu. ad 5. Zimar.

Confutatio.

rantem: ambo sunt agentia analogicè, quia habent definitionem agentis analogicam, scilicet extrahere de potentia ad actum, quod solum est agens, sed differenti modo, & analogo, agens inferiorum de potentia priori tempore, & separata ab actu: agens verò creans ab æterno de potentia necessaria; ergo nec prior, nec separata ab actu, semper simul cum actu, vnde exponentes sensum dicimus, agit creator de potentia ad actum, idest creauit, fecit esse, quod posuit esse non quod prius non fuit, postea erit, sed esse quod posuit esse: ¶ Pro solutione autem dictorum Auer. nota vnum caput, vide quæso secundum de substantia orbis, & in 3. disput. destr. in sol. 10. dub. sequaces Platonis, & multi alij, qui crediderunt Aristotelem ponere Deum solum mouentem mundum, idest finem motus in eo, non agentem, idest finem, esse lunm, quod dicit esse absurdũ impossibile, quasi causat motum, causat etiam mundum: probo Auerro. 8. phy. 33. & 3. cœli 28. idem agens, qui causat motum, & accidentia propria rei, causat formã propriam, & esse proprium rei, quia accidena, proprium cum causa propria insecuntur, patet inductione in omnibus, nam qui causat calidũ ignis, causat formam ignis, qui causat risibile in homine, causat formam hominis, & sic in omnibus: sed per te Deus causat motum in mundo accidens proprium opus mundi, & partium suarum, ergo necessario causauit formam esse proprium sui, benè ergo dixit absurdum esse, & impossibile mouentem .i. causari motum non agentem .i. causari esse: Pro solutione notat ibi vnum Auer. agens in inferioribus prior tẽpore suo effectu in superioribus nõ sicut Deus prior natura mundo, & ipso tempore quod creauit simul cũ mundo in 3. disput. destr. in sol. 18. dub. in his inferioribus agens non est forma, & finis sui effectus in superioribus, vt Deus est forma, finis in quantũ conseruans, est simul agens, in quantum simul: extrahens actũ de potentia: ex quibus exponatur dicta Au. æterna nõ habent agẽs nõ intẽdit omnino, quia sibi cõtradiceret, vt dictũ est, nisi secundũ similitudinẽ .i. secundũ analogiã ad agens istorũ inferiorũ. Analogia .n. nil aliud est, quã ordo essentialis, similitudo causæ ad causatũ; non ergo dicitur agens istorũ inferiorũ, nisi analogicè, inquantum sunt causa, vt ista inferiora sint agentia, de quatuor causis: non habent nisi formam, & finem, non quia nõ habent agens istorum inferiorum, habent analogice dictum, & verius dicitur, tertio non habent agens nisi vt finis, vt conseruantur; quia vt dictum agens in æternis non separatur à fine à forma, non habent ergo agens inferiorum separatum, habent illud, quod simul finis conseruans est. ¶ Ad aliam Respondet Zimar. lo eo dicto, vbi dicit Deus potest monstrari duobus modis, scilicet vt primus motor, vt existens sine materia, & isto modo ex motu æterno vt natur in 8. phy. secundo modo quòd est intelligens, quòd est intellectus, quòd non est multitudo, & omnia ista non possunt venari nisi ab animasticos probat ex 1. de ani. 2. & 3. de ani. com 5. in sol. 3. quæst. vbi dicit quòd ista abstracta sunt intellectus, intelligibilia, non habemus nisi ex libro de anima. ¶ Ista responsio est confusio, quærimus vtrum possit demonstrari Deus quòd est intellectus, vtrumq; possit demonstrari quòd est, quòd existat. Argumentum restat in robore, quia per esse creationis potest monstrari esse dei, non solum ergo motu æterno. ¶ Et ideo aliter dico, quòd scilicet ista creatio, quæ est intellectio suæ substantiæ, & sine phantasmate, sine materia, insensata, ignota, quo stante respondeo primo post. 95. ad medium demonstrationis quia, requiruntur tria non solum effectus, & proprius causæ, sed notior ipsa causa, notior sensu, inductione sensata, vt ibi dicit ista creatio licet effectus, & proprius Dei, insensata, ignota, medium demonstrationis esse nõ potest, sed motu æternus sensatus, notus medium potest esse demonstrationis. ¶ Ad aliam rationẽ principalem. Nota primo illa anthoritas est contra seipsos dicit Auer. adiuuant intellectui Deum non solum in conseruando, quod facit vt forma, vt finis, sed in creando, quod facit vt agens extrahens de potentia ad actum: ex qua ratione contra eos, patet similiter solutio, similitudo .n. est in alio .s. in ordine artificiali, non tamen est similitudo in efficientia, imò clarè dixit differre, non solũ conseruare entia, sed creare, conseruare vt finem, & creare vt agens: Confirmatur eorum dictum 2. de gen. 59. natura facit semper quod melius est, sed mundus, & omnia, quæ sunt in mundo dependent concomitanter, non effectiuè à Deo, ergo natura sic fuit ordinatus mundus, non effectiuè, fuisset à Deo solum, concomitatetur, consequeretur ipsum, tanquam finẽ dant exemplum, sicut melius est, vt virtutes fiãt à natura, non ab arte, ab exercitio: Primo ergo arguo exemplũ eorum, quòd virtutes fiant à natura, non ab exercitio est melius: Deus per se facit quod melius, non facit hoc, ergo nõ est melius. Et ideo pro solutione dico quòd melius est duplex, simpliciter, & isto modo solum Deus est 12. met. 38. aliud est melius vniuiq; rei: Queres quod est istud melius vnicuiq; rei, Respondet Gale. libello de cõplexionibus melius in vnoquoque quod conuenit naturæ suæ, operi suo possibile, sicut dicit Arist. 2. de gene. 59. æternum secundum indiuiduum nõ est melius in his inferioribus, quia nõ est possibile cõueniens naturæ suæ, operi suo: Æternum secũdũ speciẽ melius est his inferioribus, quia possibile, conueniens naturæ eorũ: ex quo dico vnũ, quod non est melius naturæ vt sit homo, nõ est melius homini, vt sit angelus, nec angelo vt sit Deus, quia non est possibile, non est conueniens

Solutio. *Confutatio.* *Solutio.* *Sol. ad 7* *Sol. ad 6 Zimar.*

eorum natura: ex quo ſoluo rationem, effectiuè dependere mundum à Deo non eſt melius, melius eſt dependere ab eo, vt fine concomitando, conſequendo eſſe eius, vt fine, negatur iſta minor, quia non eſt poſſibile conueniens naturæ mundi, & partibus eius: non eſt conueniens, non eſt poſſibile ipſo Deo, imò rueret totus ordo naturæ, & mundi: nam ſi mundus non dependeret à Deo effectiuè, non haberet agens aliud, ſi non haberet agens, prius eſſet primum agens, quod non eſt poſſibile conueniens ſuę naturæ, ſcilicet eſſe primam cauſam agentem non habentem priorem, non eſt poſſibile conueniens naturæ Dei, quia ſi mundus, vt dictum non habet prius agens, eſt primum agens, & ſic Deus non eſſet prima cauſa ſimpliciter, haberet ſaltem alteram cauſam ſcilicet mũdum ęqualem in prioritate cauſę agentis: rueret demum totus ordo naturæ, non poſſibile, non conueniens ordini naturali, 12. met. vltimo, nõ bona pluralitas principatus vnius, vnus ergo princeps, ſi mundus non haberet priorem cauſam agentẽ, eſſet prima cauſa agens, ſicut Deus, non eſſet vnus princeps, eſſent duo principes in genere cauſæ agentis. ¶ Octaua ratio inſania pluſquam puerilis eſt: arguo à ſimili, recipere res ipſas, non ſpecies rerum 3. de ani. 38. repugnat omni ſenſui, ergo ponere materiam recipere res ipſas non ponendum in philoſophia: arguo ſecundo 3. de anima 10. recipere vniuerſalia repugnat omni ſenſui, ergo intellectum recipere vniuerſalia, non ponendum, quod eſt falſum: tertio ex 3. de anima 6. & 7. repugnat omni ſenſui operari ſine organo, ſeparari, impaſſibilem eſſe, ergo non ponendum in philoſophia & cætera impoſſibilia, ergo ratio ſophiſtica eſt: Et ideo reſpondeo quòd repugnare omni ſenſui dupliciter eſt, primo modo omni operationi ſuæ propriæ, & ſic omnia alia entia repugnant ſibi, probo primo to pi. 4. proprium quod ſoli competit, alijs repugnans, ergo eſſe proprium, opus proprium ſenſus conueniens ſoli, omnibus repugnat, iſto modo non intelligitur propoſitio cũ dicitur quod repugnat omni ſenſui, non ponendum in philoſophia, quia cum omnis repugnent ſenſui eſſet ponendum erit ſecundo modo repugnare ſenſui, id eſt cognitioni, comprehenſioni ipſius ſenſus dupliciter, vel quia non poteſt comprehendi per ſenſum, vel quia contrarium ei, quod comprehenſum per ſenſum: iſto modo propoſitio debet intelligi, & eſt vt cauſa primo poſt. cap. 33. & 2. poſt. cap. penult. & primo met. cap. primo ut ponenda in ſcientia, quæ inductione ſenſata patent, vel ſaltem conceſſa ſunt inductione ſenſata, quod non patet ſenſu aliquo iſtorum modorũ, igitur non ponendum per artem, & ideo diximus primo cœli 102. id, quod contradicit ſenſato in omnibus, vel pluribus numero non ponendum ab arte ſecundum rationem conſtan-

tem: tunc patet reſponſio: Deum creare ex nihilo mundum contradicit omni ſenſui videlicet primo modo, quia iſte modus operandi contradicit modo operandi ſenſus, nam ſenſus eſt virtus in corpore, & mediante corpore operatur, & Deus 8. phy. 78. virtus non in corpore, operatur ſine corpore neceſſario, & vt diximus 12 metaphy. 44. creat intellectione ſui ipſius, ſine phantaſmate, ſine corporeo aliquo: non tamen repugnat ſenſui ſecundo modo, id eſt quod non poteſt ex ſenſatis cognoſci ſit contrarium eius, quod eſt ſenſatum: imò habeo præmiſſas ſenſatas, ex quibus notificari poteſt, vt poſtea dicam, nunc pro exemplo tantum inductione ſenſata cognoſcimus, quòd verè illud, quod dat motum proprium rei, agit formã cauſat eſſe proprium rei: ſed Deus cauſauit motum in mundo, in partibus ſuis opus proprium ipſius mundi, vt ab omnibus conceditur, ergo cauſauit effectiuè formam, eſſe mundi. ¶ Nec valet alia ratio, nam arguo eodem argumento, ego aſſimilaui intellectum poſſibilem materiei, & materia recipit ſingularia, ergo intellectus recipit ſingularia, intellectus recipit vniuerſalia, ergo materia vniuerſalia: & argumentum à ſimili in aliquo ad ſimile omni modo eſt fallacia à ſecundum quid ad ſimpliciter, & ideo non valet illa ratio: Preterea nunquam inueni Ariſtot. aſſimilantem intellectum agentem Deo, sed aſſimilauit ipſum lumini, non deo. ¶ Ad aliam dico, quòd repugnat primo ex parte agentis, ne ſit cauſa impropria, improportionata ipſius creationis duplici modo: Deus creat intellectu æterno, voluntate æterna, cuius cauſæ proprius effectus debet eſſe æternus, & nouum non eſt proprius effectus æterni, & vt creatio ſit proprius effectus ipſius creantis, oportet vt ſit æterna: ſecundo omne nouum corruptibile apud Ariſtot. primo cœli 124. & corruptibile à cauſa æterna non venit propriè, & ideo vt effectus proprius veniat à cauſa propria, oportet ponere creationem æternam non nouam: dico apud Ariſtotelem: Repugnat ſecundo, vt dicit Auerroes in commen. 4. quia omnis noua creatio, omnis motus nouus in communi fuit definitus primo phyſicorum quòd neceſſario in ſubiecto aliquo non ex nihilo, repugnat ergo definitioni motus noui apud Ariſtot. ¶ Dices contra: Albedo centum annorum non differt ſpecie ab albedine vnius diei, ergo ſi vna poſſibilis, reliqua poſſibilis: ita à ſimili, creatio æterna non differt ſpecie à creatione noua, quia tempus, vt dicunt, non variat ſpeciem, ergo ſi apud Ariſt. æterna eſt poſſibilis, ergo noua etiam apud ipſum eſt poſſibilis. ¶ Reſpondeo, quòd quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, ſi vnum poſſibile, reliquum: non variat ſpeciem, verum eſt: ſed fieri in tempore, & non fieri in tempore, variant non ſolum ſpeciem, ſed genus, probo hoc

ex 4.

Sol. ad 8

Sol. ad 9

Solutio ad 10.

Replica.

Solutio.

ex 4. phy. 117. in tempore propriè sunt genera, in non tempore sunt æterna 10. met. 12 æternum differt à nõ æterno genere, ergo esse in tẽpore, & non esse in tempore variant genus non solum speciem. Ex quo infero vnum quòd creatio noua in tempore, vel saltẽ cum tẽpore ęterna, nullo istorum modorum est, nec in tempore, nec iam tempore ante tempus, ergo differũt non tantum specie, sed etiam genere: tunc sic secundum Aristotelem, quod repugnat vni generi, non sequitur repugnare alteri generi, repugnat accidenti per se, & non repugnat substãtiæ per se esse repugnat Deo creare de nouo, non repugnabit creare ab æterno, quia differũt genere, & quod repugnat vni, non repugnat alteri. ¶ Pro solutione vltimæ rationis est sciendum, quòd primo redarguam illam ex illis met verbis allatis, secundo respondebo ad ipsam: redarguamus eos ipsam opportantes, nam clarè dicit ibi non esse agens cum conditionibus agentis in his inferioribus, quod est ageos superficietenus, non verum: ex quo patet rationem esse sophysticam, non est agens superficietenus modo istorum inferiorum, quæ nullo modo agẽs: & nota quòd à negatione à secundũ quid aliquo modo tale ad negationem simpliciter, & vtiliter tale, est fallacia à secundum quid ad simpliciter primo elench. cap. proprio: argumentum ergo ast sophisticum sicut Auer. dicit de Auicenna primo post. 91. instrumentum, via ab effectu proprio, & notiori, non est demonstratio cum conditionibus simpliciter demonstrationis, ergo nullo modo, & vniuersaliter demonstratio non sequi, sed sophystice arguere esse: quòd hoc sit verum patet ex dictis suis in 3. disput. destr. in sol. 2. & 4. dub. in fine dicit quòd illa superiora, & Deus sunt agentia perfectiori, & nobiliori gradu, extraheotia effectum de potentia ad actum, qui modus istis inferioribus conuenire non potest, patet ergo apud ipsum negare ibi, & 12. met. 44. agens in illis conditionibus agentis inferioris, quod est agens superficietenus, & non verum, non simpliciter, vniuersalitar, nullo modo agens: Et si dices cum vocat ibi agentia inferiora agentia superiora verò nobiliora, & perfectiora agentia. Respondeo patere hoc ab effectu 2. de gen. 59. Deus creauit de istis inferioribus solũ esse æterna, & successiuè melius esse, quam esse singulare, quod non est æternum: & agentia inferiora agunt solùm esse simpliciter, quod esse 7. met. 51. est corporale infirmum, cùm abest à oculis nostris, nescimus si est, aut non, sed esse æternum perfectius, nobilius, verius quã esse mortale primo cœli, ergo Deus creans, agens inferiora, & omnia ab effectu, erit verius, & perfectius, & nobilius agens. patet secundo ex natura potentiæ à qua abstrahunt effectum suum, & dicit actum, & in 1. disput. in sol. 19. dub. ad finem declarat Auer. potentia in æternis esse illam, quæ sequitur ad esse necessarium primo priorum 18. & 2. de interpre. cap. penult. quæ 3. phy. est simul cũ actu, & simul actu non prior actu: potentia à qua ageos inferius abstrahit suũ effectum, est potentia contingens ad esse, & nõ esse materiæ primæ vtriq; subiecto primo phy. 68. prior genere suo actu, non simul cum actu, sed potentia æterna simul cum actu perfectior, quàm potentia noua prior actu, ergo sequitur necessariò quòd Deus sit agens creans nobilius, & perfectius quàm agens istorum inferiorum: tertio patet experientia primo post. 15. & 31. causa immediata, sola sine alio & verior nobilior, & perfectior, quàm mediata, & cum alio: Sed ista inferiora non sunt agentia nisi per virtutem infusam à superioribus, vt dixit in 3. disput. in sol. 2. dub. & 8. physic. 13. quæcunque mouent, aguot in his inferioribus, causa est primus motor, & Deus suo motu continuo 2. physic 26. homo non generat sine sole, idest influxu totius cœli, cuius anima est Deus 2. cœli 35. & ideo dicebat 1. meteor. 2. oportet mundum inferiorem contiguum superiori, vt omnis virtus inde gubernetur, sed De' creauit seipso, sola sua præsenti intellectione, non altero priori influente virtutem, quia nihil erat, ergo nobilior, verior, perfectior est causa agens in creando, quàm ista inferiora: Tertio, vt dixit in 3. disput. in sol. 2. dub. ista inferiora cum faciunt effectum non conseruant vt faber cùm facit domum, non conseruat eam Deus verò creauit entia ab æterno, conseruauit, conseruaret, conseruabit, melius ergo, & pefectius agens: Quarto 12. metaphy. 18. creans, creat totam materiam, & formam, ista inferiora nullum agunt illorum, sed solum mutant materiam de potentia ad actum, ergo illud est verum agens, hoc verò superficiale: Vltimo in 3. disput. in sol. 12 dub. vbi ponit hæc verba formalia, quæ sic ponit contra Auerto. Agens enim quod facit effectum sine instrumento est perfectius, & nobilius quàm agens particulare, quia signum est pars maioris virtutis, minus indigens auxilio, & instrumento 3. de anima 6. quia intellectus operatur sine instrumento est perfectior potentia, quàm sensus, qui indiget instrumento in opere suo 7. metaphy. 31. animæ cœli, quia sine instrumento mouent cœlum sunt perfectius mouens, & ibidem sumens ab Aristot. 2. de generat. ani. cap. 3. virtus formatiua in spermate, quia agit sine instrumento incluso in ea assimilatur virtuti diuinæ, & est perfectius, nobilius: ista inferiora agunt mediantibus istis, scilicet mediante spermate, semine, & alijs, Deus verò sine instrumento, meritò nobilius, perfectius agens erit: propter ista igitur dicimus, quòd licet ista inferiora quò ad superficiem, quæ apparet sensui, videantur veriora agentia: tamen rationibus dictis, veritate inquisita, erunt

Solutio ad 11.

Imperfectiora quàm Deus creans. ¶ Tunc reſpondeo ad rationem principalem: pro cuius ſolutione eſt notandum: quòd creans Deus intelligentias, creauit de potentia æterna ſimul cum actu iſta inferiora, cum potentia noua prioris ſine actu: ideo dicebat in 3. diſput. in ſol 7. dub. & 1. cœli 2. & 2. cap. de ſubſtant. orb. agẽs æternum differre ab agẽte nouo in tribus, quia agens æternum innouauit effectum ſuum à potentia æterna, nõ priori tempore ſuo actu, neq; priuatione priori, agens vt ex aliquo, ſed ex nihilo, ſed ſolum prioritate naturæ ipſo effectu, & tempore, agens nouum, potentia noua, & priuatione præcedente tempore actum ſuũ, ex aliquo, ſcilicet ſubiecto, non ex nihilo: ſcias ſecũdo, 12. met. 13. & 3. diſput. in ſol. 12. dub. repetit idem Auer. voluit, vt Deus differat à primo motore, & intelligendo ſe, primo creauit primum motorem, deinde primus motor intelligendo ſe creauit primum mobile, & intelligẽtiam ſecundi orbis, & ſic ſecunda tertiam, vſq; ad intelligentiam lunæ, ex quo ad mentẽ Auer. in creatione colligimus hoc in creatione illarũ eſſe proceſſionem, & conſecutionem, ideſt quaſdam prius creatas, quaſdam ſecundo, & quaſdam tertio: & conſequenter opinio Ariſt. ex locis dictis eſt cõtra hunc: vult enim Ariſt. quòd idem met Deus ſit vt primus motor, cuius eſſentia vna, ſunt multæ ideæ entium creabilium: ex quo dat modum creationis ipſarum intelligẽtiarum, inquantum diuerſos gradus, & ideas, intellexere de eſſentia dei, fuere creata ipſa diuerſa entia, diuerſæ intelligentiæ, & eadem diuerſa intellectione in tali eſſe creato, ſimul conſeruata fuerunt, & erunt conſeruanda: Sed dices quomodo fuerunt creatæ iſtæ intelligentiæ intelligendo diuerſos gradus de eſſentia diuina. Reſpondet ibi met, ſecundum modum intelligentis, & intellecti, perficientis, & perfecti, pro quo eſt notandum, quòd 3. de ani. 8. intellectus in potentia fit in actu ab obiecto perficiente ipſum, & deducẽte de potentia ad actũ ergo eſt, & operatur propriè talis intellectus factus in actu, non eſt niſi perfectio, vt ibi diximus potentia illa ab intelligibili in actu. Quibus ſtantibus patet quod dicit Auer. intelligentiæ ipſæ imperfectæ in potentia reſpectu eſſentiæ diuinæ, fuere creatæ ab æterno ab ipſo Deo, modo intelligentis, & imperficientis, ideſt quia intelligendo eſſentiam diuinam, diuerſos gradus, de eo fuere creati intellectus in actu diuerſi, quomodo ergo intelligibile perficiens intellectionem: facit intellectiones in actu, & ideo dicebat 3. de ani. 5. in ſol. 3. quęſt. niſi ex libro de anima cognoſceremus naturam intellectus poſſibilis, ex qua cognoſcimus potentiam in intelligentijs, per quam poterant intelligere eſſentiam Dei perfici, ab ea creari, & duci in actu ab ea, non poſſumus intelligere modum creationis ipſarũ diuerſitatẽ inter illas: Ex quo patet ſolutio luce clarior, Auer. ibi negat intelligentias non creare ſe ad inuicem, modo Auer. cum præceſſione, & conſecutione quadam, ideſt vna primo, reliqua ſecundo, & conſequenter, quia hoc eſt falſum, ſimul enim vna intellectione eſſentiæ diuinæ fuerunt omnes creatę ab ęterno: patet ex probatione ſua duplici: dicit enim præceſſio, & conſecutio temporis ſunt conditiones, quibus agens agit ſuperficię tenus. i. inferius, negat ergo agentem cum modo illius agẽtis inferioris, non ſimpliciter: ſimiliter quando dicit non eſſe potentiam in eis, ergo non eſt agens: intendit non eſſe potentiam cum paſſione tẽporis, conſecutione actus, quomodo agũt iſta inferiora, nõ tamen negat eſſe agens, cum perfectius, imò, vt d. in 3. diſput. in ſol. 3. & 4. dub. nõ ſolum dicit eſſe agens, & verius, Probat quatuor rationibus dictis ſupra: ſimiliter ad illud Platonis, negat Deum creaſſe angelos prima die, alia entia ſecunda die, & tertia vſq; ad ſeptimam. i. quædam prius tempore, quædam poſterius, quia iſtæ ſunt conditiones agentis inferioris, vt ſupra dixerat apud ipſum Ariſt. creauit. n. entia nõ ſolùm in prioritate, in poſterioritate temporis, ſed nec in tempore ſolũ in æternitate: Hæc Ariſtoteles, ſecundum autẽ Sanctã Romanã Eccleſiã ẽt credimus, & tenemus creationem de nouo, & noſtrum creatorem ſolùm oculorũ intuitu omnia poſſe creare de nouo, In principio creauit Deus cœlũ, & terram, &c. ſupradicta autẽ ſic placuit apportare, & ſequẽtia, vt vera opinio Ariſt. apparuiſſet, vt inde propoſitũ noſtrũ ſequamur. ſ. animæ noſtræ immortalitatẽ, & æternitatẽ. Hactenus, de hoc capite.

SOLVTIONES RATIONVM ALGAZELIS.
Cap. VI.

Sol. ad 1

DEBEMVS vt ſoluamus rationes ſecundi capitis, oppoſitas ab Algazelo inductas, ad primam reſpondet ibi Auer. limitando illam proportionem, qualis eſt proportio partis ad partem, talis eſt totius ad totum, valet in parte, & in toto, quæ ſunt eiuſdem rationis, iſto modo 3. cœli 67. limitauit ſi totum non ſeparatur à qualitate propria ergo nec pars, quia cum ſint eiuſdem rationis, quod conuenit vni, cõuenit alteri proportionaliter non valet in eis quæ differunt ratione, ſumit ſecundo partes motus cœlorum eſſe in actu, agregatum ex eis eſſe in potentia, partim enim præterierunt, partim erunt, ſunt primo totum & pars diuerſæ rationis: ſecundo pars eſt finita, nam motus lunæ in menſe, ſolis in anno

in anno, in tempore finito, agregatum verò ex illis est infinitũ per accidens successiuè, vnus ante alium, vnus post alium in infinitum, cum ergo finitum, & infinitum differant ratione partis ad totum, in motibus cœlorum differunt ratione, Tertio ex 3. phy. 43. finitam facit propositionem, infinitam remouet: finiti ergo ad infinitum, non est proportio: Ex quibus soluitur ratio, duplici solutione: prima ex fundamẽtis sumptis: licet enim vna pars motus cœlorum maior altera, non tamen sequitur, vt totũ agregatum sit maius altero: ad probationem respondetur quòd illa proportio partis ad partem fuit proportio totius ad totum, vera est de toto & parte eiusdem rationis, sicut non est pars motus cœli, cum agregato toto ex eis, vt dictũ, n. est pars est aptum natum in potentia, pars finita totum infinitum, & ideo quia finita pars habet proportionem ad partem, quia infinitũ totum, non habet proportionem ad totum, nam vt dictum infinitum remouet proportionem: Respondetur aliter, licet concedamus vnum infinitum esse maius alio, hoc est inconueniens in finito in actu, non de infinito in potentia, modo vt dictum, agregatum ex motibus cœlorum infinitum in potentia, non in actu, & ideo vnũ maius altero non est impossibile: Potest firmari ratio Auer. qualiter infinitum est impossibile, taliter est impossibile vnum esse maius altero, sed vt diximus infinitum in potentia per accidens non est impossibile in actu, non in potẽtia: potest firmari dictum suum 6. phy. 1. in diuisione continui infinita in potentia, non impossibilis, sed necessaria demonstratione probata, quòd sit actu diuisum infinitum, hoc monstrãt impossibile 4. phy. & 1. cœli 12. in materia infinitæ potentiæ per accidens non impossibile, sed necessarium est, quod propriè in actu fini infinitæ in ea, hoc est impossibile, igitur infinitũ in potentia non est impossibile, & 8. phy. 15. in per se ordinatis infinitum est impossibile in eis, quæ per accidens ordinata sunt non impossibile, sed necessarium: fuit probatum vtrumq; ratione, & dicto: ratione 2. phy. 82. vsq; ad finẽ: apud artem & naturam per se ordinata sunt à fine, & ad finem 5. phy. cap. 1. vtrumq; ergo per se ordinatum necessario cum fine, & non repugnat ei sine fine, & non esse per rationem ab opposito quę accidentaliter ordinata 2. phy. 88. sine non ergo necessario per definitionem earũ esse infinitam: hoc dicebat Arist. 2. phy. cap. de fortuna, causarum, effectuum per accidens, quia non ad finem, ideo insensata sunt, probat hic Auer. tale infinitum necessarium, & sumit primum agentem, scilicet Deum creasse actione, quæ est substantia sua, quia intellectio 12. met. 44. 3. de ani. 15. est substantia ipsius inseparatis à materia: quo stante arguit hoc modo super hoc, quia agens est æternum, actio sua æterna est, quia est sua essentia, si actio æterna est ab infinito ergo effectus ab infinito sine fine fuere: sed vt dictum istos effectus vnum ante alterum in infinitum accidentaliter ordinari, infinitum necessarium est ergo: Respondet ad rationem si mundus infinitus, infinitum in actu est, quia infiniti motus cœlorum, infiniti homines, & nõ impossibile esse, imò necessariũ, damũ improbat Algazel in experientia, vt hic, & 8. phy. 15. quia nesciens discernere inter per se, & per accidens propter ignorantiã logicę, ideo sophistice se decepit quod necessarium est, credit esse impossibile. ¶ Contra istam solutionem instat Algazel. dubio 7. probando sequi dari infinitum in actu, non in potentia: fuere infiniti homines, ergo infinitæ animæ. Sed animæ sunt æternæ remanentes post corpus, ergo datur infinitum in actu, quod tu concedis esse impossibile non nisi ex creatione eterna, ergo creatio æterna impossibilis. ¶ Non respondemus erroneè sicut malignus Auer. quòd illa anima quæ est æterna est vnica in omnibus hominibus, quam opinionem in vltimo videbis reiectam, sed aliter respondendum censeo: quòd tunc, aliquod dicitur infinitum, quod à parte ante, & post aliquid addi non potest, modo licet infinitæ animæ præcessere, tamen quotidie fit additio in eis, & sic non potest dici infinitũ, nam infinitum est cui nequit fieri additio: Sed dices si animæ sunt multiplicatæ ergo habent materiam &c. Hanc dubitationem inferius videbis deo dante solutam, quia non est locus proprius hic: Hac data solutione non sequitur alia replica quam facit Algazel probando quòd animæ sint multiplicatæ, quia hoc nos tenemus, & contra Auer. infra videbitur. ¶ Ad aliam rationem Algazel. dico ex 8. phy. 15. & 2. cœli 17. & 12. met. 36. Deus, & intelligentiæ quicquid faciunt, duplici intellectione faciunt, primo propter se, propter melius suum, secundo propter inferiora: propter melius eorum 2. de gen. 59. ex quibus damus causam à posteriori, quia ab æterno creauit, & non de nouo, secundo à priori, à posteriori, idest ab effectu meliori inuento in rebus creatis 2. de gen. 59. esse verò inferiorum melius est, quàm non esse, creauit ergo entia, quia melius erunt esse, quàm non esse. Ibidem dicit esse æternum melius quàm nõ æternum, esse creauit, ergo ab æterno entia, quia æternum esse eorum melius est, quam non esse, vt Deus semper facit melius quod potest de rebus, est etiam causa à priori, scilicet meliori propter ipsum vtita 1. ethic. esse commune diuinius, quàm verum principium, nota secundo ex 12. met. 5. & 6. & 36. & infra, Deus sua essentia, sua definitione, prima forma, primus finis, primum agens, optimum, vniuersalissimũ omnium, quo stante patet causa à priori, scilicet propter melius sui esse creauit ab æterno, & ab æterno fuit optimum, & diuinum, prima forma, primus finis, primum agens, nõ de nouo

sed

Replica Algazel. quam facit Portius cap. 4.

Solutio.

Sol. ad. 2

sed diuinum est communicabile per sumptum, ergo ab æterno fuit communicabile, agendo, & creando entia hæc quidem clarius, hęc verò obscurius secundum eorum naturam 1. cœli 100. ex quibus per locum ab opposito patet causa, demonstratione negatiua, quia non creauit de nouo, vt dicemus primo à priori, quia ageret deterius his inferioribus, deterius enim est esse nouum, quàm esse æternum, secundo, quia ageret deterius se ipso: sicut enim non diuinum humanum est non cõmunicabile, ita non communicabile ab æterno, non est diuinũ, bonum ab æterno ageret, ergo deterius entibus & se met, si de nouo crearet. ¶ Ad aliam dico

Sol. ad 3

quòd infinitum non solum possibile, sed necessarium est in causis, & causatis essentialiter ordinatis, idest indiuidualibus propter triplicem causam, primo materialem, quia materia infinita 1. de generat. 16. secundo propter causam agentem motum infinitum 1. cœli, quia facit genetabilia, & corruptibilia ista secundum circulum esse infinita: tertio propter causam finalem 2. de gener. 59. quia infinitæ generationes & corruptiones indiuisibilium saluant esse æternum, specificum, quod melius est in rebus, in causis verò, & effectibus specificis, & essentialiter ordinatis, processus in infinitum est impossibilis 8. phy. 59. demõstratiuè probatur oportere venire ad primum motorem qui simul potentia, forma, & finis est, in causatum per se, & per accidens attributiuè, & omni modo: quo stante patet responsio clara, cùm dicit hic, homo generatur ab alio in infinitum est verum, & necessarium, non impossibile, quia est in indiuiduis accidentaliter ordinatis, quorum processus est in infinitum, cùm verò dicimus, res creatas fuisse ab æterno, intendimus species rerum, in quibus processus in infinitum est impossibilis, & semper simul fuerunt cum creãte ab æterno. ¶ Ad aliam dico motum cœli æternum per

Sol. ad 4

manentem esse sua natura, nouum verò secundum partes suas, idest secundum aspectus suos nouos ad hæc inferiora: & 2. de gen. 59. ista inferiora sunt noua quò ad esse singulare, æterna verò quò ad esse specificum, & successiuum: tunc dicit ex 2. de gen. 56. motus cœli primi, quia æternus sua natura, inquantum æternus causat esse specificum æternum horum inferiorum, in quantum verò nouum secundum partes & aspectus causat esse nouum, generabile, & corruptibile eorum: ad rationes dicit non indigere alia causa, quia sua natura æternum est illud, modò quod sua natura nouum est, illud in diget alia causa. ¶ Ad aliam pro responsione

Sol. ad 5

sumo vnum, quòd entia, & substantias esse, duobus modis est, quasdam subiectas motui, & tẽpori, sicut sunt res corporeæ rei materialis, quasdam verò omnino remotas à motu, & tempore per se, per accidens verò attributiuè, sicuti est solus Deus: de qua ratione patet istas duas naturas esse: tunc respondetur, res subiectas motuĩ, & sensui, patet ad sensum esse huiusmodi secundum verò genus esse probatum est demonstratiuè 8. phy. 52. vbi fuit probatum esse primũ motorem immobilem per se, per accidens verò attributiuè, omni modo remoto à motu, & tempore, Nota secundo ex 4. phy. 131. quia tempus est numerus motus inseparabilis ab eo, cuius natura est sine motu eius nam potest esse sine tempore: similiter quòd tam illud, quod prius tempore est sicut agens suo effectu, vt dictum fuit, quam illud, quod est prius natura, sicut causa quælibet suo causato, omnia necessaria esse in tempore: de primo patet: de secundo probatur, quorum enim vnum est natura prius altero simul tempore sunt 12. met. 16. & 2. pòst. cap. de causis forma prior natura suo effectu, & ideo simul tempore sunt. Quo stante Respondetur, Deus creans, agens, nec tẽppte, nec natura est prior ipso effectu creato, ꝓbatur ex sumptis: omne illud, quod prius tempore, vel natura in tempore est ei non motu necessario per primũ sumptum pro maiori, sed Deus creans sine motu omninò, & ideo sine tempore omni modo, ergo necessario, nec prius tempore, nec natura: Dices quomodo Deus est prior rebus creatis Dico eo modo, quo ens intemporale, immobile præcedit esse temporale, & mobile, idest rem ipsam subiectam motui, & tempori præcedit & etiam tempus, & motus, quibus sunt subiectæ. Sed dubium est quæ dicit Auer. An sint Aristotelis. Dico quòd sic: & probo 4. phy. 117. quædam sunt in tempore per se, scilicet vt numero trahente, continente esse illorum à parte ante per prius, à parte post per posterius, in quo tempore existentia, patiuntur generationem, & corruptionem, & alias passiones mortalium: declarat exemplo, quæ sunt in loco per se, tractantur ab eo, patiuntur aliquo modo in eo, isto modo sunt in tempore per se res mortales, quatum esse numeratur esse in tempore continente esse prius, & posterius eorum, patiuntur passiones prędictas in eo, secundo modo sunt in tempore per accidens, & nõ per se, nam 5. phy. 1. quod per aliud tale, per accidens tale, nota secundo, corpora cœlestia sunt in tempore per motũ eorum, qui semper existit in tempore, sicut causa propria cum causato proprio: quo stante patet secundum membrum, scilicet corpora cœlestia sunt in tempore non per se primo modo, quia non numerantur ab eo in esse, imò ipso motu eorum numerant tempus, non sunt transmutata in esse à tempore, sed semper existentia sine fine, sicut tempus, sunt per accidens in tempore, quia coexistunt, & semper existunt cum eo mediante motu eorum, & alio, & ideo per accidens: tertius modus est entium separatorum à materia, ergo nec per se, nec per accidens sunt in tempore, non per se, quia non numerantur, nec continentur ab eo, non per accidens, quia sunt

ſunt immobilis, nec mente motu coexiſtunt ſẽper tempori; ex quo patet vnum dictum Auer. eſſe Ariſt. Deus ſcilicet creans, quia ſeparatur à materia, non eſt prior tempore, nec natura ipſa re creata, quia eſt ſine tempore omnino, & qui eſt prius tempore, vel natura eſt in tempore vel primo, vel ſecundo modo, ſicut res mortales, ſecundo modo ſicut res immortales corpore, tamen quæ præcedunt natura ſi non tempore ſuos effectus, & ideo dicebat primo cœli 105. in fine partes mundi æternæ præcedunt natura mundum æternum, ſunt enim res corporis ſubiectæ motus, & ideo in tempore aliquo modo. Dices quòd reſpondet per tertium medium, cũ dicit præcedere creatorem res creatas, ſicuti prę cedit immobile, intemporale, res mobiles, temporales. Reſpondet ipſe primo cœli 104. 105. & 106. intendit prioritatem in eſſe, quæ differt à prioritate temporis & naturæ: declaro terminos, prioritas in eſſe, ideſt quod eſſe creantis prius fuit, quàm eſſe creati, nec tempore, nec ſimul tempore cum ipſa re, ſed ante rem, & tempus omne: declarat exemplo ibi Auer. pro quo eſt notandum ex 6. met. 2. quòd res metaphyſicę ſunt abſtractæ à materia, motu, & tempore per intellectum, non per exiſtentiam extra animam, Deus verò, & intelligentiæ ſunt abſtractę per exiſtentiam extra animam ſua natura, non intellectũ: quo ſtante declarat exemplo in mathematica, linea eſt prior figura, non tamen tẽpore, nec natura, nam vt dictum prius natura eſt ſimul tempore cum effectu, ergo neceſſario, tertiò modo diuerſo à duobus prioritate, quæ vocatur ſecundum eſſe mathematicus enim, vt dictum abſtrahit à tempore, ergo nullo duorum dictorum, poteſt eſſe vnum prius altero: ex hoc arguit Auer. ſi in metaphyſica in abſtractis ſolùm intellectum, ergo abſtracta à tempore, non datur prioritas nec temporis, nec naturę, ſed ſolùm ſecundùm eſſe, ergo quantò magis à deo creante ſeparato ſua natura à tempore non erit prior tempore re creata, nec materia, ſed ſolũ tertio modo ſecundùm eſſe, ſubdit ibidem rationem auer. ſi pro poſſibili generatur in tẽporale immobile ex intemporali, & immobili, illud ex quo ſit generatio non erit prius nec tempore, nec natura: ſed enim mundus, & entia ſue ſe create à Deo immobilia, intemporalia erãt, quia nec motus, nec tempus erat, creabantur à Deo in temporali, & immobili omninò, ergo neceſſario inter creatorem, & rem creatam nõ erit prioritas nec temporis, nec naturæ, ſed ſolùm eſſe: Dices 5. met. & in poſt prędicã. cap. de priori, omnes modi ibi nominantur ipſius prioris, quo illorum creator erit prior re creata: vel prioritate quam vocat ſecũdũ eſſe, quo illorum modorum erit: Dico inter alios numerat vnum modum, qui eſt iſte, prioritas potentię, quia prior in potentia, ideſt poteſt eſſe, & opus poſterioris declarat Ariſt. & dicit iſtum

3:38

modum eſſe, cum ad voluntatem alicuius primi potentem ſequitur eſſe, & opus poſterioris: quo ſtante dico creator ſecundum eſſe pręcedit rem creatam, ideſt prioritate potentiæ, quia eſſe ſuum potens fuit eſſe, & operis poſterioris, ut dicit ad voluntatem, & electionem optimam, ipſius creantis cum prioritate potentiæ, ſequebatur ab æterno eſſe, & opus proprium rei creatæ: Quòd hoc ſit verum monſtrat verba Auer. 12. met. 44. vbi dans modum, quo intelligentiæ fuere creatæ à Deo, dicit ſic, artes inferiores ab arte, & architectonica, poſita enim arte architectonica, & eſſe ſuo potentiori cum volũtate finis ſui optimi, ſequebatur eſſe; & quia principia artium inferiorum præcedit, ergo creans res creatas, non tempore, non natura ſecundum eſſe ergo potentiori poſito priori ſecũdum eſſe neceſſario ſequitur eſſe poſterioris.

¶ Pro ſolutione alterius rationis Notat quadã Auer. 1. & 2. phy. 19. intellectus cùm abſtrahit, cognoſcit res per definitionẽ, verus eſt, qui ſine definitione, vel contra definitionem falſus: ſumit ſecundo 8. phy. 11. & 13. proportionale, conueniens punctũ mutatum eſſe, & inſtans ſicut enim punctus, punctum tractum conſtituit lineam, linea ſuperficiem, ſuperficies corpus, ita mutatum eſſe motum, inſtans tempus differunt verò vniuocè in his, nam punctus in linea, habet poſitionem, ſtatum permanentem, & non fluentem, & ideo monſtrari poteſt ad ſenſum: at mutatum eſſe, inſtans in motum, & tempus, non habet poſitionem, nec ſitum, fluunt, non permanent, & ideo non poſſunt mõſtrari ad ſenſum volenti monſtrari, iam fluxerunt: ex hoc infert ſecundam differentiam, punctus ineſt magnitudini, non ſolum vt medium copulãs extra ſed vt finis, trãm lineam, linea ſuperficiem, ſuperficie corpus, quod totum verum eſt per definitionem eorum, & per definitionem conuenit eis, inſtans verò mutatum eſſe in motu, & tẽpore, per definitionem eorum, non ſunt ei vt finis, & termini, ſed vt media inter partes eorũ, mutatum eſſe in medium, & inter partes anteriores, & non ſequentes eſt inſtans præter partes temporis præteriti, & futuri, ex quibus infert, ſcilicet intellectum poſſe imaginari motũ ante motum in infinitum, tempusq; ante tempus, in infinitum verè non falſè, probo ex ſumptis, & primo ſumpto pro maiori abſtrahere intellectum per definitionem rei verè, verum eſt, non falſum, imò neceſſarium, ſed definitio temporis & motus ſunt, vt conſtare ex mutato eſſe, vel inſtanti, per ſecundum ſumptum, ergo in ſunt eis vt media partium eorum, non vt finis, ante quodlibet enim mutatum eſſe, ſemper eſt pars anterior motus in infinitum, ante quodlibet inſtans per definitionem ſuam, ſemper præteriti temporis in infinitum ſequitur, ergo intellectus abſtrahens, conſiderans, tempus ante tempus, motum ante motum in infinitum, abſtrahere,

Sol. ad 6

strahere, constituere verum, non falsum: Infertur secundo considerate magnitudinem maiorem altera in infinitum, considerat, abstrahit falsum, & impossibile ex causa opposita, quia cõtra definitionem eius, quia, vt dictum constat ex puncto, linea, superficie terminis, non vt media, modo, quod cum termino, & fine est per suas definitiones, in infinitum sine fine considerari est impossibile, & falsum: Notat aliud Au. vt dicitur 8. phys exemplo hoc motus cœli est causa temporis, & numeri eius quia simul ambo numerat istos motus inferiores, modo ergo tẽpus istis inferioribus, vt numerus, ex quibus infert stante vno motu, imò tempore posse monstrari multos motus inferiores in infinitum, in vna mensura multa, & infinita possunt mensurari. Ex quibus respondet ad formam rationis: motus primus positus est motus primi cœli æternus, cùm dicis numero motum esse ante motũ in infinitum intelligimus de istis motibus inferioribus & nouis in indiuiduis suis, & accidentaliter ordinatis vt supra dictum: stante ergo vno primo motu æterno possibile est multiplicari in infinitum motus nouos indiuiduales, nõ specificos, cùm verò dicunt philosophi, motũ peruenire ad vnum primum primi cœli, intendunt motus specificos essentialiter ordinatos. Ad cõfirmationem respondet, stante vno primo motu possibile est imaginari motum ante motum vt dictum imaginatione vera, quia, vt dictum non contradicit suæ diffinitioni, imò necessario sequitur ex sua definitione, vt probatum: non est simile de magnitudine: stãte enim maxima magnitudine, nõ possumus imaginari verè dimensionem maiorem dimensione, in infinitũ, quia, vt dictum, repugnat definitioni suæ, definitur enim per finem, & terminum, cui repugnat infinitum: Respondet secundo aliter, per aliud sumptum supra, quòd scilicet stante vno tempore primo, vno motu primo, non impossibile multiplicari motus istos in infinitum, quia, vt dictum, motus primus, & tempus sunt numeri horum inferiorum, & stante vno numero primo, possunt multiplicari numerata in infinitũ.

Sol. ad 7 ¶ Ad aliam rationem dico quòd potentia est duplex 2. de interpre. cap. vlt. & 1. prior. 18. & 3. phy. 32. quædam contingens, quæ sine actu separatã, quædam est illa, quæ stat cũ actu & quia actus est duplex, necessarius, & non necessarius de in esse tantum, ideo possibile quod stat cum actu duplex est, vnum quod sequitur de in esse, alterum, quod sequitur necessarium: probat Arist. dari hanc potentiam, quæ sequitur actum necessario, & non necessario ad impossibile: quod enim in actu est, vel potest esse, vel non potest esse: si non, ergo impossibile, & non est, quod falsum ad sensum, si sic, ergo datur possibile, quod stat cum actu. Dices in quo differt hæc potentia à duobus modis secundis. Respondet ibi Arist. prima est sine actu, secunda est cum actu, differunt etiam, nam prima potentia ad esse, & non esse, secunda ad esse tantũ, tertio prima est ad fieri, secunda ad esse facti, vt quod factum sit: differunt vltimo, quia prima venit à materia, & non est sine ea, quæ 9. met. 2. vocatur potentia passiua, & receptiua, secunda quæ stat, cum necessario veniat à potentia actiua, sine passiua 12. met. 18. Dices cuilibet potentiæ passiuæ respondet actiua, & è contra primo cœli 124. & infra contra Plat. & 3. de anima 17. Respondet Auer. negando hoc, & dicit valere solum in generabilibus, & corruptibilibus, in quibus potentia actiuã est mutatio passiua, & sibi inuicem correspondent, in æternis verò non valet: probo, forma mundi primo cœli 92. possibilis est vt sit in pluribus indiuiduis, cui tamen non respondet passiuæ potentiæ plures, quia vna tantum materia est receptiua formæ mundi, non plures, & ideo dixerat Auer. in libro de beatitudine animæ, quod potentia differt à possibilitate, nam potentia semper habet reduci ad actum, possibilitas verò non, dat exemplum ibi, nam possibile est, vt vinum fiat acetum, non tamen est necessarium vt reducatur ad actum: Ex quibus patet responsio, Deus agens, creans, creauit mundum, & reliqua ab æterno, extrahendo de potentia ad actum, potentia dico, quæ sequitur necessarium & actum non illam, quæ est sine actu tempore, & cùm dixit potentia est prior actu tempore, dico 8. phy. 4 est verum per se, falsificatur verò per accidẽs in æternis, propter melius in eis, quod præuidet in omnibus rebus, nam vniuersalis, &c. ¶ Ad aliam respondet Auer. esse insufficientem, datur enim triplex modus nobilior, perfectior his duobus, & verior illis fuit probatum, primo Deus creans, agens erit; Sed dubitabis, cur nõ est agens naturale Deus: Respondeo, quia agẽs naturale agit sine scientia, & voluntate, Deus verò agit scientia, & voluntate; Nec est agens per voluntatem, sicut ista inferiora, primo, quia in his inferioribus, 3. de anima cap. de virtute secundum locum motiua, agit motum ab alio meliori extrinseco, Deus agit motum solum à sua absentia meliori, secundo istud agens, agit scientia, & voluntate differenti à sua substantia Deus sicut anima abstracta 3. de anima 15. idẽ est cum sua substantia, tertio agẽs inferius agit propter melius sibi visum, Deus verò propter nullum melius seipso: quarto agit inferius propter id, quod sibi deficit de perfectione, Deus verò propter perfectionem quam habet, vt cõmunicet alijs: vltimo agens inferius, quia agit propter id, quod sibi deficit, habito eo, cessat motus, & ideo non est agens, & conseruans æternum, Deus verò, quia propter communicationem optimi, quod habet, quia semper habuit, semper haberet, habebit, semper ab æterno creauit, semper creando, conseruat, & in æternum conseruabit: differunt vltra, nam agẽs naturale agit

Sol ad 8

agit necessitatum à sua forma naturali, quæ est sua substantia, & agens per voluntatem, agit necessitatum, determinatum 9. met. 2. ab alio extrinseco duorum contrariorum meliori sibi viso, & determinatè suam scientiam: Deus verò agit necessariò necessitatus solum à sua bonitate intrinseca. ¶ Ad penultimam rationem, Auer. primo declarat eam in nouâ effectus ab agente, secundo diuisit in duos modos, & illos declarat per differétiam, tertio ex illis sumptis respondet. Declarat, & dicit effectum esse innouatum ab agente, hoc intendimus non habere esse per se, sed ab alio, idest ab agente, nam 1. phy. 1. in quolibet genere causæ, datur primú per se tale, quod non ab alio est tale, vt prima materia, primo, per se, per suam definitionem 1. phy. 82. & materia, subiectum generabiliũ, & corruptibilium, non alio extra definitionem, & essentiam suam, ita dicimus in agente, primum per se agens, est quod per suam essentiá tale non, per aliud, Istud solum est Deus 12. mat. 5. & 6 primum agens, prima forma, primus finis, non habens priorem, do causam nam ratio agentis actus est 3. de ani. 4. & 3. phy. 11. & 17. sicut patientis, & effectus ratio primum est potentia, cum ergo, vt 3: de ani. 9. & 10. solus Deus sua essentia est actus, sine potentia, solùm Deus agens solùm, non effectus, primum agens, non habens prius: quo stante, declarat terminũ Auer. dicimus effectũ innouari ab effectu alio à se, effectiuè habere ab alio, quia nõ est actus solú sua essentia: distinguit hunc modũ in duos, & dixit effectũ innouari ab agente. i. habere esse, non per se, nõ primus, & solũ actus, sed ab alio duobus modis, vel de nouo, vel ab æterno, & ideo effectus agentis erit, secundo, quodam nouum, quodam æternum, dicit differre hos duos modos in his tribus, effectus nouus, non habens esse de se effectiuè, sed ab alio, dicitur nouus, quia in aliqua parte temporis nouus per generationem quod 5. phy. 7. dicitur cum prædictus aliquando non erit, núc eus, & in aliqua parte temporis noua, & ideo effectus nouus dicitur, alius verò dicitur æternus ex opposita causa, quia nõ in tempore habuit esse ab alio, nec in aliqua noua parte temporis, sed semper simul cum tempore, & motu in æternitate, & ideo æternus: differunt secundo nam effectus nouus ex aliquo contrario proprio fit 1. phy. 42. & infra, æternus ex non esse simpliciter: differunt tertio nam nouus est generabilis 1. phy. 63. fit ex materia, ente in potentia, æternus verò 12. met. 18. ex sola potentia actiua agentis, & nulla passiua materiei: Ex his respondet quòd mundus, & reliqua entia æterna apud Ar. sunt creata. sunt effectus Dei, vt agentis, idest non habuerunt esse per se, ab alio, causa agente. s. Deo, verum est quia semper cum tempore fuit factum ab eo: si dicit non esse innouatũ, idest nõ habere esse ab alio effectu, sed per se, hoc est falsum, nam vt diximus, per se eus, sine agente, solum est Deus. ¶ Ad vltimam Notate insufficientiam suam, reliquit enim quartum modũ quo possibile est creari aliquid à Deo posse esse effectum Dei: nam potest esse quatuor modis, vel priuatio solùm, vel esse solum, vel vtrumq; quod potest esse duobus modis, vel vnum separatum ab alio, esse potest, vel vnum coniunctũ cum alio esse simul, quod etiam duobus modis potest considerari, vel vtrumq; per se effici à Deo, vel vnum per se scilicet esse, & priuationem per accidens. Quibus diuisionibus stantibus hic recapitulatis ponuntur quatuor conclusiones in cap. 3. huius tractatus de creatione: ideo, ibi recurre, nam habebis res huic rationi applicatas, ne impleamus tot paginas scriptis: Hæ sunt solutiones rationum Algazelis. ¶ Sed dices si creatio concederetur, sequeretur non esse naturalium rerum principia, & priuatio erit vnum principium: vt dicit Portius cap. 3. ¶ Ego auté nego hoc, nam vt alias dixi principia sunt circa generationem, non circa creationem, imò Deus ipse creat principia, nec valent alia incommoda quæ ducit ad propositum de principijs, quia non negamus principia circa generationem, vt dixi: Sed dices, vt ipse, tunc sequeretur compositum non fieri, formam verò per se generari, & tunc abibit processus in infinitum, dico, quòd non valet argumentum, nam vt dixi forma non generatur, dico humanam, sed creatur à Deo ipso, & rationes apposuimus in quarto capite superiori, compositum verò, est illud quod fit primo phy. 64. & 8. metaphy. Arist. Sed dices anima est indiuisibilis substantia, & indiuisibile non mouetur, corpus enim est quod mobile est, sed si anima seiungeretur à corpore, tunc moueretur, quod est falsum: ergo &c. Dico non est locus respondendi ad hanc rationem, sed in sequenti quæstione, quam Apologiam vocamus soluemus ipsam, & alias quas facit iste profundissimus doctor. Quæ Apologia sic incipit.

Sol. ad 9 *Solutio ad 10.* *Argumẽta Portij.* *Solutio.*

IACOBI ANTONII MARTAE
APOLOGIA.
De Immortalitate Animæ.

PLATONIS exstat sententia nihil magis spectare ad officium philosophi, quàm cæteris omissis veritati assiduè incumbere, quoniam hæc tam altè posita est, tamque in tenebris obvoluta, vt nil sit æquius, quàm eam indagãdo pervestigare, ac pervestigatã cognoscere ex quo, placita christianorum, antiquis consentiũt philosophis, asserentium, nil in tota vita, aut esse amplius, aut melius, quàm diuinæ veritatis patrocinium subire, & in eius maiestate conquiescere: Vnde Augustinus, libro ad sacras virtutes, aiebat, veritas est recti iudicij tenax, memoriæ, recordationisq; inseparabilis, sapiẽtiæ, secretorumq; custos, arcani velamen, lectionum, & doctrinę capax, vtilia creans, virtutis singulare auxiliũ, cuncta cum ratione dispōnēs in congregatione honestorum, semper se ingerens, studiorum, & artium pariter magistra, per quam maturius omnia emanãt: propter hoc vt veritatem, quàm celerrimè, accuratissimeq; proferamus, in hac quæstione, superius propo sita: quis ordinem habentia, de facili sunt reminiscibilia, ex libro de memoria, & reminiscentia cap. 3. inquit Arist. eoque magis, nam vbi est ordo, ibi distinctio, atque intelligentia oritur: Ideo primò rationes aduersæ partis hæreticæ apportabimus; secundo veritatem neruosius, & exploratius defendemus: tertio resoluemus rationes oppositas, illasq; vt futiles reijciemus; quartò contra Auerroem perfidum, digrediemur.

OPINIO ALEXANDRI.
Cap. I.

ALEXANDER dicit, vt breuibus ipsum recitem, quòd intellectus sit forma causata à materia, extensa ad extensionem eius, generabilis, & corruptibilis ad eius generationem, & corruptionem, & quod diximus de intellectu potentia dicit Alex. idem sentiendum est de anima rationali, quoniam idẽ sunt, dicit ipse, nam anima rationalis est simplex substantia, generabilis, & corruptibilis, & multiplicabilis secundum indiuidua, sed potentiæ ipsius animæ, sunt æternæ, & immortales per se, & simpliciter, per accidens verò, & secundum quid, corruptibiles, & istæ sunt intellectus, & voluntas, & ne vlterius in recitando ipsum me transferam, probat tali pacto quod anima rationalis sit educta de potentia materiæ: ¶ 2. de ani. dixit Arist. quod anima ē actus primus corporis organici; quæ definitio competit omni animæ vegetatiuæ, sensitiuæ, & intellectiuæ, sed omnis actus finis proprius, cuius est actus primus, & omnis finis proprius inseparabilis ab eo, cuius finis, sed anima rationalis est actus primus corporis, ergo inseparabilis ab illo, ergo corruptibilis, educta de potentia materiæ. ¶ Præterea anima per accidens mouetur 1. de ani. tunc sic, si anima esset à materia seiuncta, tunc impossibile esset, quod per accidens, moueretur, aut per se, imò nullo modo moueretur, sed Arist. dicit quòd mouetur per accidens, ergo sequitur, quòd est coniuncta materiæ, & per consequens corruptibilis, nam si non esset seiũcta à materia, tunc nec per se, nec per accidens moueretur 1. natural. quæst. cap. 11. & si mouetur, aut tota substantia sua mouetur, aut potentia mouetur, aut diuersa: si vna, & eadem mouetur, tunc quę to, aut illa est mobilis, aut immobilis, si mobilis, aut à se, aut ab alio, si à seipsa, ergo non habet distinctionem in corpore, quod est falsum, si mouetur ad motum corporis, ergo non per se mouetur, hoc est argumentum Arist. contra Platonẽ, nam si anima à seipsa moueretur, tunc à seipsa exiret in actum, quo nil est stultius, & sic concludit animam esse mortalem. ¶ Rursus hoc idem fuit argumentatus Arist. contra Plat. in proemio de anima, ponentem tres animas realiter distinctas membris, & organo, & ponentem quatuor membra principalia, i. cerebrum, epar, cor, & testiculos, & rationalẽ ponebat in cerebro, sensitiuam in corde, vegetatiuã in epate tunc sic si ita esset, sequeretur vnum esse plura, sed hoc impossibile, ergo. deduco illationẽ, quia homo est vnũ animal per vnã animã suã, quę si erit multiplicata in diuersis membris, animal erit multiplicatũ, & non esset vnũ: hoc stante arguitur sic, si anima rationalis esset immortalis, tunc sensitiua, & rationalis, realiter different, & sic in homine essent duæ animæ realiter differentes, & per consequẽs, vnus homo, duas animas haberet, & esset duo animalia, quod est falsum, ergo anima rationalis non differt à sensitiua, & sic ipsa est mortalis.

1. Ratio

2. Ratio

3. Ratio

RA-

RATIONES PORTII PRO HOC PROBANDO. Cap. II.

PRIMA ratio quam facit est illa prima Alex. ipse autem vberius declarat: ideo soluendo illam Alexādri, soluemus suam. **4. Ratio** ¶ Preterea quomodo possibile, vt anima oriatur, & non pereat, cùm primo cœli dicat Arist. omne quòd generatur, corrumpitur necessario: **5. Ratio** ¶ Si anima esset immortalis, tunc sequeretur finem, & formam seiungi à suo peculiari subiecto, quod cū spetie compositum fiat, quo fundamento lib. 4. phy. Ar. locū non esse veram speciem demōstrauit, nam propriū est speciebus omnibus materiam complentibus à materia non separari. **6. Ratio** ¶ Præterea cum anima seiungitur à corpore in aliquo reponitur loco, sed ipsa indiuisibilis substantia est, igitur quod indiuisibile, moueri necessariū erit, quod est cōtra At. 6. phy. dicentē corpora tantū moueri. **7. Ratio** ¶ Vltra qui hoc dicunt, euertunt quartum librum physicorum, cum dicant aliquod esse in loco, quod est incorporeū, cū corpora in locis recipi persuasum sit, oportet ergo in alio præter cœlum, & naturalē locum spiritus istos descriptos, & definitos esse. **8. Ratio** ¶ Præterea ridiculum est hominis ortum, & interitum longe diuersum esse à cæteris animantibus, etenim vno, & eodē libro, qui de gener. animal. dicitur hominis, & brutorū ortum, & interitū cōplexus est. **9. Ratio** ¶ Et sequeretur, quod desideraretur opus de gen. hominis. **10. Ratio.** ¶ Præterea sequeretur quod duæ essent generantes causæ, pater, qui materiā suppeditat, & Deus, qui speciem indit, nec homo esset vnus, duo enim ad coaugmentationem hominis coirent, quod est contra Arist. qui dicit vnum est principiū, quod materiam præparat, & agitat, vt forma educatur. **11. Ratio.** ¶ Vltra, omnia, quæ cognouit Arist. esse æterna, prima esse, putandum est, ceu primam materiam, & primum motorem, tunc sic, Arist. ad peruestigāda aliqua esse æterna, semper peruestigauit esse prima, sed nulla ratione probauit humanæ mentis æternitatem, quia si mentē humanam, vt formā, & vt motorem accipimus, cum formæ conditiones ex operibus cognoscātur, nulla est in homine, quæ operatio perennis sit & cōtinua, intellectio, n. marcescit, pereunt scientiæ, opiniones, appetitiones, & c. ergo forma quoq; hominis corruptibilis. **12. Ratio.** ¶ Et si corp⁹ hominis incrementa patitur quomodo eius forma, quæ materiam informat, afficiturq; cum corpore, esse æterna potest. **13. Ratio.** ¶ Nec est rationabile, immobile aliquod esse sempiternū, cuius non contingat esse motū sempiternum 2. cœli, & è contra; sed nullum opus intellectus æternū videmus ergo &c. **14. Ratio.** ¶ Præterea mens humana inter prima principia vniuersi nō numeratur, sed sola principia sunt æterna, ergo ipsa est corruptibilis. **15. Ratio.** † Vltra si moueri per accidens à seipso corruptibilibus solum competere asseruit philosophus 8. phy. sed anima mouetur per accidens ad motū corporis à seipsa ergo corruptibilis, minor probatur 1. de ani. d. Arist. per accidens tamen moueri potest, & seipsam mouere, mouetur nanq; corpus in quo est, & mouetur ab anima. **16. Ratio.** ¶ Si rationalis anima esset æterna, igitur viæ, quibus vsus est Arist. ad demonstrādas formas materiæ expertes esse æternas, non valent. **17. Ratio.** ¶ Præterea æternæ mentes nō possunt corruptibilia, semoto cœlo, sine medio generare, hinc est quòd longè dissentit ab Arist. æternam mentem à phantasmatibus posse perfici, cum multò maiorem imperfectionem æternis donaremus, si illas materias corruptibiliū faceremus. **18. Ratio.** ¶ Amplius si ab æternis generaretur corruptibile sine medio esset æternum, & quod sua natura est corruptibile, efficeretur æternum ab alio, & se quaeretur quòd materia, & subiectum, scilicet intellectus potentia, & agens, & intellectum esset æterna. **19. Ratio.** ¶ Amplius in lib. de Long. & breu. vitæ inquit cum aboleatur homo, scientiam, & intellectionem, speculationem, & reminiscentiam, omnemq; animi affectum deleri, actiones igitur hæ, cum homine deperduntur, & dixit 3. de ani. non reminiscimur, quoniam aliquod interius corrūpitur, & rursus alibi, quoniam intellectus passiuus corruptibilis est: si dices, vt Auer. per intellectū passiuū intelligi phantasiā, contra d. textus, scientiā, & habitū corrūpi, igitur per quod interius corrūpitur, non phātasia, sed intellectus possibilis, in quo est scientia. est intelligendus, vt igitur Arist. sib constet intelligendū est intellectū possibilem, quia d. in quo est scientia, ergo &c. **20. Ratio.** ¶ Præterea ex 30. sectione proble. 4. quærit cur seniores amplius mēte valeamus, & iuniores, ocius discamus: subdit, quia natura dedit duo instrumenta, manū corpori, & animo mētē, & sicut manu, quæ est naturalis non possumus vti, ni procedente ætate, ita mēs, quæ res naturalis est, nō protinus, sed in senectute maximè nobis cōtingit, atq; tunc cōsumitur, atq; absoluitur, nisi detrimēto aliquo lacera læsaq; sit &c. ex quo colligit Portius, intellectū potētia esse à natura, & esse, vt instrumentū animæ, secundo quòd læditur, vt aliæ animæ facultates, & si esset æternus, non læderetur, & opera naturę sūt corruptibilia, opus autē dei, quod ab ipso, sine medio proficiscitur, æternum est: tertio, quòd cum nascimur, nō primo est in nobis intellectus perfectus, sed imperfectus, & in potētia, & similis agraphę tabellæ, & nil fetè differt à bestijs anima pueri, vt 8. de hist. an: postremo intellect⁹ perficitur in senecta, eiq; astipulatur quod pauco tēpore durat. **21. Ratio.** ¶ Rursus si itellect⁹ poten-

potentia esset æternus, etiam animæ facultas, esset tota in qualibet parte corporis, quia esset in diuisibilis: sed anima, nec intellectus est in toto corpore, nam dicit Arist. lib. de motu animal. cap. 7. cor esse animæ sedem ; & non distinguitur sensitiuum ab intellectiuo, quia sunt in eadem particula corporis. ¶ Præterea, suppono quòd materia non potest per se subsistere, idest separari ab omni forma, quia tunc, quod nō est in actu, esset in actu, tunc sic, si intellectus potētia, separabilis esset à materia, quod per suam naturam est potentia, efficeretur actus, quod est falsum, probo, si intellectus separaretur à Socrate, qui sua natura est potentia, 3. de ani. nulla est alia natura, nisi quā possibilis, tunc efficeretur actus, quod falsum, quia actus, & potentia sunt differentiæ entis oppositæ: Nec valet, quod sit per accidens potentia, nam, vt dicit Arist. aut per se, aut per suam essentiā posset esse actus si esset per suam essentiam actus, nec per se nec per accidens: competeret illi suum oppositum, quia omne, quod est tale per essentiā ad quod cunq; comparatur, semper est tale, si ergo esset actus, siue compararetur ad materiam, siue ad obiecta materialia, semper esset actus. Præterea nullibi 3. de ani. dixit esse substantiam, sed solum dixit esse impassibilē, simplicem, separabilem ab organo, & immixtum, quæ omnia conueniunt intellectui, vt facultas cognoscendi, tamen non dixit esse substantiam, quod summè necessarium erat, sed de intellectu agente dixit esse substantiam actu existētem. ¶ Præterea aut intellectus vnitur per essentiam, aut per operationem: si per essentiam: hoc est contra Auer. & multa alia absurda sequuntur, quę dicit & tunc Socrates esset rationalis, per rationem eandem numero cum Platone, & licet phantasmata essent numerò discreta in Socrate, & Platone, tamen existentibus similibus phantasmatibus, essent eædem opiniones, & non mutarētur, cuius oppositum dixit primo cœli, de eisdem infinities mutari opiniones, quod non potest esse, si intellectus numero vnus, & phantasmata etiam & infinitas opiniones demonstrate: si vnitur per operationem, vel phantasmata, vt Auerro. contra tunc sequerentur infinita absurda, quæ ipse narrat, in cap. 7. & multa alia quæ garrit, coaxatq; quæ quia non tenemus, sed bene tenemus quòd vnitur tertio modo, quem ista nō cognouit, ideo quętas solutionem. ¶ Rursus se-

21. Ratio. 22. Ratio. 23. Ratio.

cundo de ani. dixit si quod est commune omni animæ, erit vtiq; actus primus corporis physici &c. verum cùm actus dupliciter sit, alius, vt scientia, alius, vt speculatio, probauit animam esse actum, vt scientia, modo omnes operationes ideo insunt animæ, quia est actus corporis &c. ¶ Amplius sicut Arist. intellexit separationem intellectiui à sensitiuo in mortalibus esse impossibilē, sic ex aduerso intellexit vnionē, sed separationem intelligimus quò ad essentiā, quia vegetalis sine sensitiua potest esse, & sensitiua sine intellectiua, sed nonē contra vnionē; & separationem secundum esse intelligendam esse docuit Arist. ¶ Præterea anima est actus corporis, igitur à corpore separari non potest, si itaq, concederimus separari aut illa non est dēfinitio animæ, aut ipsa deficit, cum desinat esse actus corporis. ¶ Vltra si anima esset æterna, sequitur saltus est illi obstaculo, quod auertat eam à cognitione sui ipsius, & superiorum, sed experimur, & ad cognitionem, & ad corporis functiones sensibus opus esse, igitur corrumpitur anima. ¶ Præterea 10. ethic. referens eos, qui dicebant nos cū simus mortales, mortalia curare debere, & nullā curā adhibere, vt immortalia contemplēmur, reijcit hanc, dicens, nos & si simus mortales, viuere secundum id, quod est in nobis omni studio debēmus, nam id nobis non concessit animæ æternitatem, sed solum quod sumus similes dijs opere, & non substantia, ac immortales reddamur intelligēdo, quod si anima esset æterna, dixisset nos esse æternos, sed videtur illis dare nos esse mortales, sed per intellectum alijs nos præstare, quoniam dijs per eius functiones assimilamur, nec valet, ergo anima est substantia æterna. ¶ Est hæc vltima ratio Portij 4. de partibus Aristotil. ait solus animalium homo erectus est, quia eius substantia, & natura diuina est, cuius officium est intelligere, quod non facile esset, si vasta corporis moles assideret, pondus enim tardiorem reddit mentē, & sensum communē, quare pondere grauiore opprimente, corpora vagare interrā necesse est: ex quibus verbis innuit substantiam hominis esse intellectum potentia, illumq; ex nobilitate tēperamenti accedere: tunc sic si huiusmodi rectitudinis signa hominis est calor multus, & purissimus cordis igitur propter finem naturalem: sed finis est intellectus, qui est substantia, igitur eius operatio erit ab eius natura.

24. Ratio. 25. Ratio. 26. Ratio. 27. Ratio. 28. Ratio.

RATIONES SVPERADDITAE PRO CONFIRmatione huius prauæ opinionis. Cap. III.

29. Ratio. ¶ AMPLIVS argumentantur nos. idem probando 3. de ani. 20. solus intellectus agens est separabilis, quia semper intelligit, sed intellectus potentia, quia quandoq; intelligit, & quandoq; nō intelligit est mortalis, quia nō separabilis à materia, & à corpore: tum etiam quia 3. de ani. 36. dicit ouoquid intellectus non sit, cum sit coniunctus materiæ, posse intelligere substantias separatas, ecce dicunt isti, quòd Arist.

Arist. dicit quòd intellectus noster est coniunctus materiæ, ergo mortalis. ¶ Præterea & est ratio Pomponacij, quæ sumitur ex verbis Ari. 1. de ani. 9. & 12. vbi dicit quòd intelligere, aut est imaginatio, aut non sine imaginatione, non contingit ipsum intellectum separari, sed intelligere, aut est imaginatio, aut nō sine imaginatione, ergo non separatur, ergo mortalis.

30. Ratio.

31. Ratio. ¶ Rursus si intellectus potentia est virtus per se seiuncta à corpore, ergo finis eius, esset notitia intuitiua substantiarum abstractarum, quæ quidem cognitio habetur à facie ad faciem, sicut fuit illa Pauli in raptu, probatur, quia sicut est finis alicuius, ita habet operari illud, cui ordinatur ille finis, vt attingat ad finem, cum in natura nil sit otiosum primo cœli 32. sed finis, & intellectus potentiæ fœlicitas non est notitia intuitiua substantiarum abstractarum, sed est habitus sapientiæ, vt 6. ethic. Arist. ergo intellectus potentia non est virtus separata à materia, ergo mortalis.

32. Ratio. ¶ Præterea ex 2. de gen. ani. cap. 4. dicit Arist. quòd in generatione hominis mas præbet animam fœmina verò corpus, quia mas actiuè, fœmina verò, passiuè concurrit, ergo anima non est æterna, sed corruptibilis.

33. Ratio. ¶ Præterea si intellectus esset omninò perfectus de se, ergo homo non substantialiter corrumperetur de se, quia cum homo sit compositus ex materia, & forma, & certum est, quòd nec materia, nec forma possint corrumpi cùm sint æternæ, quare nec anima rationalis, ergo non substantialiter corrumpitur, sed dices, inquiunt isti, quòd ita erit dissolutio, non corruptio: sed domini dissolutio est relatio, & relatio est accidens, ergo ista esset accidentalis transmutatio, & non substantialis, quod falsum, & ita remanet quòd necesse est, vt forma corrumpatur, quod argumentum Ioannes de Gandauo in sua quæst. 3. de anima putauit insolubile.

34. Ratio. ¶ Vltra 12. met. 9. & 11. & 16. dicit quod causæ extrinsecæ præcedunt esse, cui sunt causæ, sed causæ intrinsecæ simul sunt generatione, & corruptione cum illo quod generatur, & corrumpitur, ergo sunt corruptibiles, sed anima rationalis est forma compositi hominis, ergo generatur, & corrumpitur cum homine. vnde dubitat Arist. 12. met. nunquid aliqua forma remaneat post dissolutionem cōpositi, & dicit quòd anima rationalis simul incipit cum eo, quod generatur, ergo generabilis, & corruptibilis, & hoc est quod dicit forsan non de omni est difficultas, sed intellectiua supple tu generatur cū illo, ergo &c.

35. Ratio. ¶ Præterea 6. met 2. 3. & 9 ponens differentiam inter scientiam metaphysicā, & naturalem, dicit quod naturalis solum considerat cum materia secundum esse, & definitionem, metaphysicus considerat solum ea, quæ sunt segregata secundum esse, & considerationē: tunc sic ista inuicem differunt, per differentiam dictam, sed anima rationalis proprie consideratur à phylosophia naturali 3. de ani. & 2. phy 26. ergo est coniuncta materiæ, tum secundum esse, tum secundum cōsiderationem, ergo mortalis, tum quia 7. met. ait Arist. quòd omnes partes rei, re ipsa dissolutæ, quæ remanent, sunt solum materia, & elementa, sed anima rationalis nullum horum est, ergo corrumpitur.

36. Ratio. ¶ Amplius, quando intellectus incipit informare Socratem, vel per generationem, vel per creationem, non per creationem, quia creatio est ex nihilo, quod est contra principia physica, ergo per generationem, sed quod generatur corrumpitur, ergo &c.

37. Ratio. ¶ Præterea quando intellectus intelligit, in corpus, & extra corpus intelligit: aut intellectio ē eiusdē speciei, aut nō si eiusdē cū illa quæ in corpore, & extra corpus: sed intelligere quod est in corpore, aut est phātasia, aut non sine phantasia, vt 3. de ani. 38. intelligere, quod est extra corpus est cum phantasmatibus, quod absonum est, si verò, non est eiusdem speciei, operationes diuersæ speciei, in formis diuersitatem arguunt, operatio enim prouenit à forma, sed operationes diuersæ, ergo formæ diuersæ, ergo intellectus diuersi, quod est falsum.

38. Ratio. ¶ Præterea omne quod mensuratur tempore, est generabile, & corruptibile, sed intellectus mensuratur tempore, quia non ab æterno est, ergo corruptibilis.

39. Ratio. ¶ Rursus aut intellectus remanet in corpus, aut non remanet: si remanet in corpore mortuo, esset frustratorius, quia non perficeret, cuius est perfectio, & quod sua operatione caret, est frustratorium, modò non datur ociosum in natura 8. phy 15. si non remanet, quo vadet, aut sursum, aut deorsum? si sursum, vel aer, vel ignis, si deorsum, vel aqua, vel terra: si non, in quo loco est, & dum mouetur ad illum locum, oportet, vt moueatur aliqua specie motus, sed omne quod mouetur est corpus, ergo intellectus est corpus, quod est contra Arist. 3. de ani. 3. quod est impassibilis, immixtus, &c. ne ergo ista sequantur, melius est dicere ipsum corrumpi.

40. Ratio. ¶ Præterea 3. ethic. cap de fortitudine dicit Arist. quòd homo fortis sumit pericula, & etiam mortem, donec ad vltimū esse deueniat, idest donec mortuus est, mors enim vltimum est horribile, quippe est terminus, nihilq; homini mortuo remanet boni, vel mali, si ergo remaneret anima, tunc homo post mortem haberet aliquid boni, vel mali.

41. Ratio. ¶ Si intellectus esset æternus, daretur infinitum in actu: probatur, nam infiniti homines præcessere, ergo infiniti intellectus, quod est falsum, ergo corruptibilis.

42. Ratio. ¶ Vltra, vnus naturæ, vnus est modus communicandi, vt ignis est vna natura, ergo habet vnum modum communicandi, scilicet calefaciendi, & aqua infrigidandi: sed intellectus est vna natura, cum sit simplex, immixtus, ergo vnum modum habet communicādi: sed nullum alium modum habet, nisi intelligere, quod non est sine phantasia, ergo semper intel-

intelligit & hæc non poteſt eſſe, niſi dum eſt in corpore, ſed corpus deficit, ergo & intellectus deficit.

43. Ratio.

† Præterea plures ſunt operationes animæ, quæ atteſtantur animam eſſe mortalē, quā quæ atteſtantur ipſam eſſe immortalem, & cū à ſuper abundanti denominatio fiat, ergo magis debet dici mortalis: nam operationes ſenſitiuæ, & nutritiuę, cum ſint organicę, atteſtantur mortalitatē: intellectiuæ autem cū ſint pauciores, & debiliores, nam rariſſimæ ſunt, & obſcuriſſimæ, neq; ſine corpore, quia cum phantaſmate, ergo corruptibilis: Hæc ratio eſt Pōponacij.

44. Ratio.

† Et hæc quoq; ſcientia potius ignorātia diſpoſitionis, quàm ſcientia eſt nuncupanda: cur igitur adeo magnificare debemus noſtrum intellectum, vt faciamus illū immortalē.

45. Ratio.

† Vltra omnis potentia, corrupta aliqua partę corporis, in qua eſt corrumpitur, ſed anima intellectiua aſt huiuſmodi, igitur: minor probatur, quia ſi media cellula cerebri corrumpitur, quæ logiſtica dicitur, corrumpitur viſus intellectus, & rationis, ergo deſtructo corpore, deſtruitur anima, ſicut deſtructa media cellula, deſtruitur intellectus.

46. Ratio.

† Ceſſante, cā ceſſat effectus, & manente remanet, ergo ſi manet anima, ſemper debet manere corpus, & ſic ſemper viuere, valet conſequentia, quia anima eſt cauſa corporis.

47. Ratio.

¶ Præterea 8. phy. Ariſt. ponit mouens infinitæ fore virtutis, eo quòd non finito, ſed infinito tempore mouet: tunc ſic, ſi virtutem durādi habet tempore infinito, ſequeretur eius virtutem eſſe infinitam, & virtus infinita non eſt in eſſentia finita, ergo corrumpitur, nec poteſt dici, ipſam virtute diuina eſſe æternam, nō propria eſſentia, quia quod alicui competit, nō per ſuam eſſentiam, ſibi eſſentialę non eſt, & 10. met. clarè dicit quòd corruptibile, & incorruptibile prædicantur de quibuſcunq, dicuntur, ſi ergo anima eſt incorruptibilis, dicendum eſt ſecundum Ariſt. ſua eſſentia incorruptibilem. Quare nil valet.

48. Ratio.

¶ Præterea corruptibile, & incorruptibile differunt ſecundum genus: ſed brutorum anima, & humana non differunt ſecundum genus, quia homo à brutis generę non differt, ergo hominis, & brutorum anima ſecundum corruptibile, & incorruptibile non differunt, ſed brutorum anima corruptibilis, ergo & hominis.

49. Ratio.

¶ Præterea ſi anima eſſet incorruptibilis, ſequeretur ipſam eſſe per ſe ſubſiſtentem, & ſic in genere collocatam, vel in ſpecie, ſed dicere ipſam eſſe hoc aliquid falſum eſt, ergo hoc aliquid nō eſt, minor ꝓbatur, anima ē forma, & eſſe in genere, vel in ſpecie compoſiti eſt, nō autem materiæ, vel formæ, cum non ſint niſi ręductiuè in prædicamento, ergo falſum eſt dicere ipſam eſſe per ſe ſubſiſtentem, & per ſe manētem, ergo corrumpitur.

50. Ratio.

¶ Amplius, quid eſt rei corruptio niſi deſtructio rei naturalis ſupra materiam, quia ſicut eſſe eſt à forma, ita etiam corruptio illius eſt à forma, quia forma eſt, quę dat eſſe rei, & conſeruat rem in eſſe, ergo deſtructa forma, deſtruitur eſſe corpori, tunc ſic homo corrumpitur, ergo forma naturalis corrumpitur ſupra materiā, ſed forma naturalis eſt anima rationalis, ergo ipſa corrumpitur.

51. Ratio.

¶ Amplius omnis forma, determinatas diſpoſitiones in materia requirens, ad illarum diſpoſitionum corruptionem corrumpitur, ſed anima intellectiua eſt forma determinatas diſpoſitiones in materia requirens, cùm requirat phantaſma, ac præparationes phantaſmatum, ergo ad corruptionem determinatarum diſpoſitionum corrumpitur.

52. Ratio.

¶ Et poſt hominis mortem per te anima remanet à corpore, aut illa ſeparatio dicenda eſt naturalis, aut violenta. non violenta, quia poſt ſeparationem eſt ei nobilius eſſe: nec naturalis, quia tunc vnio eius ad corpus non eſſet naturalis, & non datur alius modus, niſi, vt corrumpatur, ergo corrumpitur.

53. Ratio.

¶ Præterea nulla potentia eſt ſeparatior eſſentia cuius eſt, ergo intellectus eſt actus corporis: antecedens patet, quia potentia oritur à ſubſtantiā, vel eſt eadem illi: conſequentia probatur, quia ſubſtantia animæ intellectiuæ eſt actus corporis.

54. Ratio.

¶ Et anima intellectiua eſt forma dans eſſe formaliter corpori, ergo eſt figurata ſaltem per accidens, probatur, quia ſubiectum figuræ eſt homo compoſitus ex materia prima ſola, & anima intellectiua apud te, pars ergo ſubiecti eſt anima intellectiua, ergo figurata ſaltem per accidens.

55. Ratio.

¶ Præterea ſi anima intellectiua eſſet forma corporis indiuiſibilis apud te, ergo manus intelligit probatur ſequela, quia manus eſt corpus compoſitum ex anima intellectiua, & corpore, &c.

56. Ratio.

¶ Et anima intellectiua eſt forma indiuiſibilis in toto corpore, ergo idem indiuiſibile ſimul mouet, & quieſcit, patet ſequela, quieſcente vna manu, & mota alia.

57. Ratio.

¶ Præterea vnio ſecundum eſſe animæ intellectiuæ ad corpus non eſt ſubſtantia, nec accidens, ergo anima intellectiua non eſt vnita ei ſecundum eſſe, antecedens patet pro prima parte, quia aliter ſubſtantia illa corrumperetur, pro ſecunda verò, & tertia, quia ſic eſſet vnio accidentalis.

58. Ratio.

¶ Pręterea anima intellectiua eſt forma iuncta corpori ſecundum eſſe, ergo recipit indiuidualiter, aut non intelligit, aut intelligere recipitur in corpore, quod nec eſt verum per ſe, nec per accidens: conſequentia probatur, quia quicquid recipitur in recepto in corpore, recipitur in corpore, licet mediate, ſicut color receptus in ſuperficie, recipitur mediate in ſubſtantia ſubiecta ſuperficiei, & probatur etiam authoritatibus.

59. Ratio.

¶ Ariſt. 3. ethic. cap. 2. dicit voluntas eſt impoſſibilium, ſicuti immortalitas, quid clarius?

60. Ratio.

¶ Amplius 9. ethic. 10. dicit verus homo eſt intellectus, ſed intellectus æternus ergo homo æternus, quod eſt falſum, quia per te intellectus æternus, homo corruptibilis, ergo intellectus corruptibilis.

61. Ratio.

¶ Vltra Hyppocrates 2. part.

part. aphoris. d. quicunq; dolentes aliquid corporis, plurimum doloris non sentiunt, ijs mens ægrotat ergo mens cõmoritur. ¶ Præterea Gale. pluribus locis dixit quòd anima naturalis est tẽperamentum, ergo mortalis: Et authoritatibus diuinæ scripturæ ¶ 2. ecclesiastes dicit vnus, & stulti, & meus o ccasus, erit. ¶ Et 2 sapient. dicit ex nihilo nati sumus; & propterea erimus tanquam non fuerimus; quoniam fumus afflatus est in naribus nostris, & sermo scintillæ, ad commouendum cor nostrum; quid extinctus cinis erit corpus nostrum? & spiritus diffundetur, tanquam mollis aer. ¶ Præterea multi adducunt verba Salomonis, dicentis, æqualis esse perfectionis animam bruti, & hominis. ¶ Vltimo omne incorruptibile habet virtutem, quod sit semper; ergo non habet esse post non esse, quod est contra fidem. Hæ sunt rationes prauæ, probantes erroneam opinionem In Aristotele, & aliæ superadditæ, quæ quo quomodo videntur non adhærere Aristoteli; sed fundantur prauitate, quas post sequẽs caput, luce clarius videbis solutas, & euersas.

62. Ratio. 63. Ra. 64. Ratio. 65. Ratio. 66. Ratio.

VERITAS IRREFRAGABILIS. Cap. IIII.

Hactenus vota praua recitauimus, quæ & profitentur quidem lectores nostrates: at quantum mali cũ suis rationibus contineant, non solum philosophicis literis nutritis, sed cuilibet humano intellectui patere poterit, cùm certè deridendi sunt: Ideo pro eorum stultitia, & opinionis ignominia, In hoc capitulo, rationes nostras animæ æternitatem probantes statuamus: Audiant quæso, & ij, qui hos doctores, vt suos magistros palã cõtinuò vocitant, atq; coaxãt. ¶ Suppono, vnum, quòd tunc principia cognoscimus, quò terminos cognoscimus 1. post. & ideo operæ preciũ est scire significationes vocabulorũ dicebat Themist. t. de anima 46. nõ debemus Ar. extorquere, sed sicuti verba sunt, ita oportet declarari, his sic stãtibus, dico q; Arist. vtitur his terminis circa immortalitatem animæ, scilicet Impassibilis, immixtus, perpetuus, incorruptibilis, separabilis, & diuinus: omnia hæc tribuit ipsi intellectui, termini verò contrarij, sunt mixtum, inseparabile, corruptibile, passibile, & non diuinum: & quia oppositorũ eadem est disciplina v. g. visus significat habitũ videndi contrarium istius est cæcitas, oppositum significare debet, nam cæcitas est priuatio videndi tunc sic Arist. hoc nomine vtitur in 1. de ani. 65. scilicet impassibilitate: in 66. vtitur alio nomine, quod est contrarium illi scilicet intellectum marcescere, ipso tamen existente incorruptibile, sed passibile; & impassibile sunt contraria, ergo oppositum significare debent, nam passibilitas dicit mihi corruptionẽ, & hoc probatur, nam omne corruptibile est passibile, sed intellectus est impassibilis, vt 3. de ani. testatur Arist. ergo est incorruptibilis, quod autem passio dicat mihi corruptionem patet ex Arist. 2. de ani. 57. tunc arguatur in tertia figura: Impassibile est incorruptibile, impassibilis est intellectus ergo, incorruptibilis est intellectus: Præterea omne materiale est passibile, & per consequens corruptibile, sed intellectus non est materialis, ergo non corruptibilis, & hoc nõ absq; causa, quia causa corruptionis est materia 1. de generat. 54. & 3. de ani. 12. nisi esset materia, non esset passio: Præterea simpl. in 3. de ani. 65. ex hoc voluit demonstrare Arist. quòd quanto magis aliquid accedit materiæ primæ, tantò magis corruptibile est, & hac de causa, cur volo magis tibi credere, quàm istis, & Arist. dicenti quòd est impossibile corruptioni esse obnoxium, nam dicebat Arist. in 65. 2. de ani. ipsum intellectum fieri substantia, ipsumq; non corrumpi: si ergo vellet dicere Arist. intellectum corrumpi, diceret ibi quòd corrumpetetur, & non diceret quòd non corrumpitur, nam Arist. benè sciuit vocabula: Et 7. met 27. dicit quod forma non est corruptibilis per se, sed per accidens, quando ergo vult dicere aliquid corrumpi, dicit cum nominibus, quæ corruptionem indicant: Ponit & alium terminum competentem ipsi intellectui, qui est separabilitas: est separabilis, ergo æternus, sed separabile apud Arist. multis modis capitur, primus est, quando genus separatur à specie vt 2. de ani. 13. vegetatiuum separatur à sensitiuo, alio modo sumitur separabilitas pro re mathematica, quæ est separabilis à materia secundum considerationem, & tamen habet esse in materia: vltra sumitur, vt quando dicimus aliquid à materia separari, & illud non est, sicut genus à specie nec sicut res mathematica, sed ponit Arist. separabilitatem à materia: tunc sic quod est separabile à principio corruptionis est incorruptibile, sed intellectus est separabilis à principio corruptionis, quod est materia, vt supra, ergo incorruptibilis: minor probatur ex 2. de anima vbi dicit intellectus separatur, tanquam perpetuum &c. Præterea 3. de ani. 7. dicit sensitiuũ quidem non sine corpore est, hic autem separatus, debet intelligi, à corpore, & non ab organo, vt potes videre ex verbis claris, quod falso imaginabatur aduersarius; Et quòd sit verum Arist. tribuit intellectus esse immixtum idest à temperatura elementorum, quia mixtio est alteratorum vnio, & ideo, immixtus, quia caret

contra-

contrario, & omnia intelligere est in potentia, quia si esset mixtus non intelligeret omnia, esseтq; potentia determinata sicut sensus: si enim intellectus esset ex mixtione elementorũ, tunc vtiq; eam non intelligeret, & sic non esset potentia omnia, & dicebatur 2. de ani. 119. sensus tactus excellentiam elementorum sentit, nõ autem temperantiam, cũ ex ea sit compositus, intus enim existens prohibet contraria, d. Ar. in 1. de cœlo 20. quod cœlum est incorruptibile, quia caret mixtione elementorum, & 10. ethic. 3. omne quod recipit æger, apparet ei amarum quia lingua est amara, cum igitur intellectus omnes recipiat formas, ergo nullam illarum habet. Est & alius terminus, quo Ari. vtitur circa intellectus immortalitatem scilicet diuinus, ergo perpetuus, dicet aliquis fortasse Portius, contra 1. phy. 81. existente quodam optimo, diuino, & appetibili, intelligebat de forma, quę non est æterna, ergo entibus mortalibus Arist. approprist hoc vocabulum diuinũ, ergo non valet diuinus, ergo æternus: Dico quòd Arist. in 1. phy. non intelligit de forma materiali, sed de prima forma, probatur, nam dicit existente quodam diuino, & optimo, sed non dãtur gradus aliqui perfectionis vltra optimum, sed nil melius, & optimum ipso Deo, & prima forma, ergo intelligit de prima forma, nõ autem de formis materialibus: Præterea dicit existente quodam diuino, & appetibili, sed nil desiderabilius ipsa prima forma, ergo de prima forma intelligit, vt dicit Arist. in 1. de cœlo 64. & 12. met. 37. illud est bonum, quod est per se eligibile, & semper: primum est optimum, mouet vt amatum, & desideratũ, ergo cum optimum nemini competat nisi Deo, ideo primæ formæ competit diuinitas, & rebus immortalibus, & abstractis, ergo quando in primo phy. dicit diuino quodam, & optimo existente appetibili intelligit de prima forma. Dices, contra ibidem dicit quod huius formæ est contraria priuatio, ergo non de prima forma, cum nõ habet cõtraria: Huic obiectioni respondet simplic. in illo loco, vbi mouet hanc quæstionem, quomodo primæ formæ contraria est priuatio, si illi nihil est contrarium, respondet quòd priuatio est primæ formæ contraria, quatenus illa priuatio est contraria formę, quæ inest propter primæ formæ appetitionẽ: Sed dices Arist. in multis rebus corruptibilibus ponit hoc nomen diuinum, ergo non solum æternis: Dico quod pro tanto Arist. ponit hoc nomen rebus caducis, pro quanto participant de æternitate: quod sit verum, probatur ex Arist. & Auer. 2. de ani. 34. naturalissimum est opus viuentium, quæcunque perpetua, & non mutilata sunt generare tale, quale ipsum, vt ipso semper, & diuino participant, ergo pro quanto participant æternitatem, pro tanto merentur hoc nomen diuinum, deinde Auer. in com, dicit quam post quàm nõ potuit perpetuare in indiuiduo, miserta est natura perpetuare spetie: & hæc de solutione harum ambiguitatum: Amplius, si intellectus est separabilis, immixtus, ergo de necessitate æternus. hoc stante arguo sic certum est quòd Ari. in eodem textu, vel in textu sequenti non potest esse æquiuocus & nulli dubium est, secundum communem consensum quòd intellectus agens est æternus, vt 3. de ani. 19. intellectus agens, & æternus, perpetuus, separabilis, & immixtus, & in textu sequenti nõ potest esse æquiuocus, quia separabilis, immixtus, impassibilis competere fecit enti æterno, ergo & in sequenti textu enti æterno competere debet, aliter esset æquiuocus, sed in textu 20 tradidit has conditiones intellectui possibili, sed in 19. textu dicit æternitatem, ergo in textu 20. aliter esset ęquiuocus, & hanc rationem soluant quæso discipuli Portij, si intelligũt ipsam: Præterea si intellectus impassibilis, sequitur de necessitate quòd sit æternus: Dicet quis, concedo per se, nõ autem per accidens, quia non corrumpitur ad corruptionem subiecti: Cõtra quicunq; negat genus in communi, negat species: sed aliquid esse impassibile per accidens, & passibile per se sunt species ad passibile in communi: sed remoto passibili in communi, remouentur species, sed passibile per se, & impassibile per accidẽs sunt species passibilis in communi, ergo remota passibilitate in communi, remonẽtur omnes suæ species, ergo sequitur quòd anima nec per se, nec per accidens corrumpatur. Hæc verba audiens Alexander, voluit istos terminos glosare attributos ipsi intellectui, & primus, quia ait Arist. 2. de gener. ani. cap. 3. quòd mens deforis accedit, glosat Alex. quòd intelligit de intellectu agente, deforis aduenire: & quandocunq; inuenitur apud Arist. intellectum esse incorruptibilem, dicit. quòd est verum secundum quid, idest pro quanto intellectus est particeps alicuius incorruptibilitatis, nam est virtus incorporea, & quando dicit Arist. quòd intellectus est immixtus, intelligit quòd ẽ immixtus ab organo, & cum dicit quòd est impassibilis dicit est verum quod est impassibilis respectu virtutis organicæ, quæ est determinata ad vnã partem corporis, & si huiusmodi esset intellectus, non esset potentia omnia: sed Them. in 1. de ani. 29. dicit vnum pulcrum, quòd si vocabula vnum dicunt, & aliud expositores significare faciunt, vitiosum authorem reddunt, nam dicebat Auer. 2. de ani. 135. quòd verba Arist. non secundum quòd superficietenus sonant intelligenda sunt; sic venio ad Alex. extorquentẽ verba Arist. & per consequens faciens ipsum vitiosum, & primo, nam glosabat Arist in 2. de gener. ani. cap. 3. quòd intellectus deforis accedit, intendit de intellectu agente, quod est purum mendacium, quia ibi de intellectu possibili loquitur, & probatur, nam ibi mouet quæstionem

ſtionem vnam, ſcilicet vtrum omnis pars animæ deforis accedat, & d. quòd homo primò viuat vita plantæ, poſtea vita animalis, quæ quidem impoſſibile eſt, vt extrinſecè veniant, quia quo rum principiorum actio eſt corporalis, ſine cor pore eſſe non poteſt, cùm ſint inſeparabilia: re ſtat igitur, vt mens, ſeu intellectus, extrinſecus accedat, & ea ſola ſit diuina, ſiquidè eius actio cum corpore non communicat, & actio intelle ctus eſt intelligere per quod homo eſt homo: tunc ſic, per quod homo eſt homo non eſt intel lectus agens, ſed intellectus poſſibilis cum ſit eius forma, dicebat Auer. 7. met. 38. homo eſt homo per intellectum, & non per agentè, ſed per poſſibilem, & 3. de ani. 1. mediante intelle ctu homo differt à cæteris animalibus, cùm ſit principiũ diſtinctionis, quæſtio ergo Ariſt. ibi eſt de intellectu, per quem homo eſt homo, & hic eſt poſſibilis, non agens, ergo malè gloſat Alex verba, nam dicebat Ariſt. & Auer. 3. de ani. 19. quòd intelligere eſt opus intellectus poſſibilis, ſed Ariſt. terminauit quæſtionè ſuã quòd extrinſecus veniat; ergo incorruptibilis, cum omne, quod corrumpitur, oportet vt ſit ex elementorum mixtione, & ex materiæ poten tia deductum: gloſabat aliud ſcilicet eſſe impaſ ſibilem, dicebat, quia non eſt virtus organica: dico quod hæc deductio non valet, ſiquidem ignis, & aqua non ſint organica, ergo impaſſi bilia, hoc non ſequitur, nam falſum eſt; & vl tra quod gloſa Alex. non valet, quia eſt contra Ariſt. in 3. de anima 6. dicit non eſt ſimilis im paſſibilitas ſenſus, & intellectus: quia ſenſus eſt impaſſibilis ab obiecto proportionato, paſſibi lis verò à forti ſenſibili, vt puta auditus à forti ſono, & viſus à nimio colore: dicebat Gale. de locis affect. à forti colore viſus corrumpitur, & ideo non ſeparatur à corpore: tunc arguo ſic, eo pacto, quo dixit ipſum ſenſum eſſe ſeparabilem eodem pacto dixit de intellectu, ſed ſenſus di xit eſt ſeparabilis à corpore, quia à forti ſenſibi li corrumpitur, ergo intellectus à corpore ſepa rabilis, & ipſe non moritur cum corpore, cum à forti intelligibili perficiatur: præterea ſicut ex actu, & operatione deduxit Ariſt. ad ſenſus mortalitatem, quia ex forti ſenſibili corrumpi tur, ſic à pari, quia intellectus à forti intelligi bili perficitur, ergo non corrumpitur, nam va let per oppoſitũ, nam ſicut à forti ſenſibili mar ceſcit ſenſus, ab oppoſito cùm perficiatur intel lectus non corrumpitur: Amplius In omni bo na conſequentia hypotetica valet à deſtructio ne conſequentis ad deſtructionem anteceden tis, vt vſus fuit Ariſt. 1. phy. ſi ens non genera tur, non corrumpitur, ſed ens generatur, ergo corrumpitur: eodem pacto intellectus eſt im mixtus, ergo ſine corpore eſſe poteſt: & arguo ſic, ſi intellectus eſſet mixtus, eſſet qualis, & per conſequens calidus, frigidus, humidus, vel ſi ccus; ſiquidem omnis mixtio ex prædictis con ſtat, ſed intellectus non eſt calidus, neq; frigi dus &c. ergo non eſt qualis, ergo non mixtus, & per conſequens ſine corpore, vt dicebat Ari. 3. de ani. 4. oportet immixtum eſſe, quia tunc non eſſet potentia omnia, & eſſet potentia de terminata ad vnum, ſicuti omnes ſenſus: quòd autem eſſe immixtum dicat in corruptionem pa tet, quia oppoſitum ipſius dicit corruptionem, vt eſſe mixtum, dicebat Ariſt. 1. de ani. 49. eſſe mixtum dicit corruptionem, nam alienum, in tus apparens prohibet, & obſtruit, ergo opor tet eſſe immixtum à corpore, ergo abſolutitur à corpore: quòd autem ſubſtantia intellectus ſit incorruptibilis, patet ex Ariſt. 1. de ani. 65. intellectus autem videtur innaſci ſubſtãtia quæ dam exiſtens, ideſt quòd ipſe ingreditur cor pus, & ſit ſubſtantia, & non corrumpitur ſe cundum ſe, dicit ibi ſecundum ſe, idest ſecun dum ſuam ſubſtantiam, nam corruptio eſt mo tus in ſubſtantia, alteratio verò in accidentibus ergo ſi non ſecundum ſe corrumpitur, ergo nec per ſe, nec per accidens, dicebat 66. primi de ani: ipſum intelligere, & conſiderare mar ceſcit alio quodam interius corrupto, ipſum au tem intellectum eſſe impaſſibilem, dicit ergo Ariſt. quòd operatio marceſcit, ipſe autem nõ marceſcit, & dat huius rationem, quia intelli gere, & conſiderare non ſunt operationes ani mæ, ſed communis, & coniuncti, ideo marce ſcit intellectus autem cum ſit quid diuinum im paſſibilis eſt, ergo incorruptibilis, Et arguo ſic omnis virtus cognoſcitiua paſſibilis eſt corru ptibilis, ſed intellectus virtus cognoſcitiua im paſſibilis, ergo incorruptibilis: Præterea quæ rit Ariſt. in 3. de ani. 20. quare poſt mortem non reminiſcimur? quòd ſi eſſet mens Ariſtot. quòd intellectus corruptibilis eſſet, diceret, ideo non reminiſcimur, quia intellectus corrũ pitur, ſed voluit dicere ideo poſt mortem non reminiſcimur, quia corrumpitur intellectus paſſiuus, qui eſt cogitatiua, vt poteſtis videre 3. de anima 20. Et ad quid moueret quæſtio nem quare non reminiſcimur, ſi eſſet corrupti bilis, certè vana eſſet quæſtio: ergo eſt incor ruptibilis, Præterea Ariſtot. In philoſophia mi ſtica libro 7. & 10. dicit intellectum eſſe ſepa ratum, incorruptibilem, & abſtractum: Præ terea, quæro quod eſt organum animæ ſenſiti uæ, reſpondet Ariſt. primò de partibus anim. & lib. de motu ani. cap. 7. quod eſt cor, ſed in tellectus non eſt in corde, ergo non corrũpitur ad corruptionem cordis, nam corde corrupto corrumpitur anima ſenſitiua, ſed intellectus re manet poſt mortè hominis, cum ſit ſeparatus: quare patet intellectum eſſe æternum: Sed dicit Alex. videtur quòd non ſit mens Ariſt. nam 2. de ani. 21. dicit quòd videtur ſeparari ſicut per petuum à corruptibili, & non dicit quòd ſic eſt: Sed hæc eſt fuga miſerorum, nam vide philopo num explanantem illum textum, vbi d. quòd

videtur sumitur affirmatiuè, vt dixit Porphy. Præterea diceret aliquis pro Alexandro d. Ar. in 2. de ani. 11. quòd patet quòd anima non est separabilis à corde, quia aliquæ partes nõ separantur à corpore, ergo intellectus moritur cum corpore: Dico quòd ibi d. Arist. quòd aliquæ partes non separãtur à corpore, quia sunt actus aliquæ verò, cum nullius corporis sint actus ideo separabiles; Sed contra hoc argueret quis semper intellectiuum est cum sensitiuo 2. de ani. 15. sed sensitiuum est in organo, vt puta in corde, ergo intellectiuum est in corde, & sic est in aliqua parte corporis, & per consequens inseparabilis: Amplius simpl. 2. de ani. mouet hanc quæstionem quomodo potest esse quòd intellectus separetur, & sit virtus non indigens organo in sui operatione, postea non potest intelligere, nisi mediantibus phantasmatibus: Pro solutione nota, quòd d. Arist. 1. de ani. 92. difficile. n. est facere quam partem continebit intellectus, ecce quomodo patet per Ari. quòd nullã continet partem intellectus. Nota 3. quòd omnis forma existens in aliquo corpore, oportet, vt sit forma in corpore humano, Hoc stante ad punctum dico, vbi est sensus, ibi intellectus, ergo à mixtione ẽ deductus, dico quòd aliquid esse in aliqua parte corporis stat dupliciter vno modo inquantum perfectio alicuius partis, alio modo, vt instrumentũ operans per ipsam: tunc dico quòd intellectus est in corde, vt perfectio, & forma, non autẽ vt operans per ipsum cor, quòd hoc sit verũ patet ex Auer. 2. de ani. 11. vbi d. quòd formæ materiales perficiuntur per materiam, vt vegetatiua, & sensitiua, intellectus autẽ est in corde, non operans per ipsum cor, sed dans esse ei: Ad aliud quando dicit Ar. quòd intelligere corrumpitur quodam interius corrupto, ergo indiget ipso corpore ad hoc quòd intellectus intelligat, imò omnis nostra cognitio ortum habet à sensu, ergo falsò dicis, quòd non indiget aliquo instrumento ad aliquid operandum: ad hoc dico cum simplicio, quòd intellectus indiget aliquo instrumento ad aliquid operandum, non primo, & per se, sed consequẽter, idest quatenus intellectus perficit corpus, nam ad perficiendum corpus, non potest intelligere nisi consecutiuè: Sed quia hęc responsio est ambigua, ideo aliter dicerẽ, & dico quòd intellectus intelligit sine organo 3. de anima 19. Auer. quòd ad faciendum aliquod vniuersale cõcurrunt duo scilicet cogitatiua, & particulare ipsum, tunc dico quòd instruendo vniuersale indigemus organo, non autem ad intelligendum, quia non mediante corde intelligimus, nec oculo, nec alio sensu, & sic dico quòd quando intelligit vniuersale, non indiget organo; sed quia operæ pretium est vt fiat vniuersale, & hoc modo indiget phantasmatibus; & particularibus, ad hoc vt fiat vniuersale 2. de gener. ani. cap. 3. operatio intellectus non indiget corpore, intelligo quò ad intelligere, & non quò ad construendum vniuersale, & hæc de his ambiguitatibus. Præterea, vt destruamus eos, qui contrarium nobis persuadent, vt patet in epistola sua, vt recitat Auer. 3. de ani. com. 5. quod non est impossibile in hoc inferiori mundo esse tantum intelligentiã, quæ ex elementorum mixtione proueniat, vt est intellectus, vt sit forma vltima hominis videmus enim inter elementa perfectissimum esse ignem, in metallis datur quædam perfecta mixtura in summo, vt puta aurum, quod est omnium optimum, videmus etiam in lapidibus quosdam vilissimos, postea gradatim est deueniendum ad vnum lapidem, qui principatum obtineat vt carbunculus, & in plantis est deueniendum ad vnam plantam perfectissimam, sicuti pirus, sic in animalibus est deueniẽdum ad vnũ, quod omnia superat, vt recitat Auer. 2. phy. 24. & in sensibus datur vnus perfectissimus, vt sensus visus; & sic, sicut est possibile, quòd ex elementorum mixtione educatur perfectissimum animal, & sic in omnibus, sic est possibile, vt perfectissima forma ei adiungatur, quæ ex elementorum mixtione proueniat, quæ elementorum fractura peruenit ad tantam mixtionem, vt ex ea potest peruenire anima rationalis, tunc sic omne quod fit ex elementorum mixtione est corruptibile, sed intellectus fit ex elementorum connexione, ergo intellectus corrumpitur, contra istam opinionem arguit Aristot. contra antiquos primo de anima 54. qui dicebant animam esse temperamentum, illamq; constare ex elementorum fractura, & dicit ibi Ari. quòd nulla inferior opinio, quàm ista de animæ immortalitate, & arguit hoc pacto contra istos, omne quod est principium mouendi non est temperamentum, sed anima est principium mouendi, ergo non est temperamentum: præterea arguit Arist. alio modo d. vi vocabuli 2. de anima 56. aliquod esse temperans potius spectat ad sanitatem, & ad virtutes corporeas, sed anima non est sanitas, nec virtus corporea, ergo neque est temperamentum, & in 58. dicit in corpore sunt multæ compositiones corporum, & membrorum, quę singulatim habent temperamentum, & nulla est differentia inter proportionem elementorum, quæ facit animã, & quæ facit membra, quoniam animæ secundũ quod est proportio mixtionis, & compositionis, sequeretur quòd in quolibet membro esset anima, & tot essent animæ, quot membra, quia omnia membra ex diuersa fractura elementorum procedunt, sicut & anima: Dices quæ signa habemus quòd in mortalibus sit anima: Dicit quidam author, quòd ideo Aristot. non confessus est animæ immortalitatem, quia tunc passus esset persecutionem, sicut passus fuit à Hierofante de mundi æternitate, teste laertio, & ideo non clarè demonstrauit animæ

æterni-

æternitatem, propter hoc pauca tantum de intellectu dixit: Præterea Them. 3. de ani. 37.d. quòd Arist. fecit vnum librum, cuius titulus vocatur eudemus, in quo immortalitatem animę, & ipsarum plurificationem posuit, & huius opinionis fuit Laertius: Amplius legitò Galenum in de historia philosophorum, vbi dicit Arist. sensisse animæ immortalitatem: Præterea vide Arist. in theologia mistica vbi asserit animæ immortalitatem, ipsamq; plurificatam. Nec valet responsio dicentium hunc librum nō esse Ari. nam D. Thom. in opusculo de vnitate intellectus contra Auer. dicit se vidisse theologiam misticam Arist. Et Aulus gellius idem sentit, Præterea Arist. 1. de cœlo 100. videtur citare hunc librum, vbi dicit dictum est in externis sermonib⁹, quos accepit ab ægiptijs, est ergo habenda fides his hominibus: Vltra primo de anima textibus 65. & 66. intellectus autem videtur in fieri substantia quædam existens, & non corrumpi, maximè enim corrumperetur vtiq; ab ea quæ est in senio debilitate: nunc autē quēadmodum in sensitiuis accidit, si enim accipiat senior oculum iuuenis videbit: vt iuuenis, quare senium non est in sustinendo aliquid animā, sed in quo, sicut in ebrietatibus, & infirmitatibus: Huic authoritati, expresse immortalitatē probanti, respondet Pomponacius hoc modo, quòd per ipsam nō habetur intellectum humanum esse æternum potiusquàm anima sensitiua: quòd tam apertè repugnat Arist. namq; dicit si senes acciperent oculum iuuenis, viderent vt iuuenis, vt ostenderet potentiam visiuam de se nō defecera, sed ratione organi: vnde D. Thom. exponens illam partem dicit illam rationem non esse demonstratiuam, sed obiectiuam, quia Ar. per illam obijcit Platoni asserenti omnē animā esse immortalem, & potuisses etiam allegare Themist. in illo loco, qui consimilem dubitationem adducit contra Arist. & dimisit insolutam, vnde subdit in suo desensotio capite. 11. quòd tam sensitiuum, quàm intellectiuum per accidens corrumpitur, quia vtraq; ad corruptionem harmoniæ qualitatum primarum corrumpitur, cum neutra operetur immediatè secundum illas, cum vtraque sit spiritualis, proprium enim vniuscuiusque sensus, est esse receptiuum specierum sine materia, vt longè magis intellectus per accidens corrumpatur, quàm sensus &c. Dicimus nos quòd secundum veriores peripateticos authores, ille locus potest ostendere animæ immortalitatem isto modo: si intellectus corrumperetur, tunc haberet instrumentum corporale, idest organum: consequens, est falsum, nam si organum haberet, accideret ei, quod accidit sensui, qui organicus est, qui in senio debilitatur, non ratione sui, sed ratione organi, ita pariformiter intellectus in senio, debilitaretur debilitato organo, hoc autem non videmus, quia in senibus perfectius intelligit intellectus, ergo non organicus, ergo abstractus, & per consequens incorruptibilis, & ideo ex mala intelligentia verborum Aristot. procedit obiectio tua, quæ fuit Themistij ante, non enim probat ibi Arist. intellectum non corrumpi, quia non patitur, vel quia non accedit transmutatio ei per se, sed quia non est virtus organica, quæ tamen de sensu non verificatur, & ista est subtilis expositio magni commentatoris si bene considerasti, & Themist. iuxta illam dubitationem, quam in primo de anima insolutam dimisit, iuxtà hanc responsionem, quam commentator ibi insequitur pulcrè soluit 3. de anima cap. 74. vbi quærit, nunquid quemadmodum oculus in corpore non participat, ita intellectus passibilis non participat immortalitatem agentis intellectus, & ibi ostendit, quòd sensus longè impassibilior sit, quàm sensorium, argumento senis, qui, si oculo iuuanis vteretur, videret vt iuuenis, & tamen sensus aliquo modo passionem, oblessionemque sensorij participat, intellectus verò huius passionis omninò expers est, quia nec ratione sui, nec ratione organi patitur, cum non organicus existat, quòd Arist. 3. de anima significauit dum dixit. non eo modo esse impassibilitatem sensus, & intellectus, quoniam sensus ab excellenti sensibili immutatus, non potest debiliora sentire, secus autem de intellectu experimur, hoc autem ideo conuenit, quia sensus sine corpore non est, intellectus autem disiunctus, separatusque est, ergo immortalis. Dices non valere istam consequentiam intellectus est non organicus: ergo est immortalis, & abstractus: nisi secundùm quid, non simpliciter; Sed vide bene si virtus aliqua cogitatiua, materialis existens possit non vtens organo, tunc ratio in 2. de anima 118. nulla esset, vbi probat non dari sextum sensum ex defectu organi, hoc autem fundatur super hoc, quia omnis potentia materialis cogitatiua vtitur organo: illud autem quòd addisti magis per accidēs intellectum esse corruptibilem, quā sensus, quia nullus erat sensus, qui non sit corruptibilis, sicut erat intellectus, hoc nihil est. quia si quis intellectus coruptibilis esset; ille æquiuoce esset intellectus, corruptibili enim & incorruptibili nihil est commune vniuocum 10. met. vltimo accideret enim, quòd etiā corpus humanū posset hoc pacto dici per accidens corrumpi, quia aliquod est corpus incorruptibile: Dices non inconuenit inquantum corpus, sed inquantùm tale corpus est simpliciter corruptibile, ergo ita de intellectu materiali erit, inquantùm talis intellectus est simpliciter corruptibilis, sed Arist. 3. de ani. agit de intellectu materiali, inquantū est hominis intellectus, ergo debuit ipse dicere esse simpliciter corruptibilē, si autē secundùm te secundùm quid est immortalis, & incorruptibilis, quomodo sermo

qui est verus secundum quid ab Arist. in tam ardua quęstione, absolutè, sine additione, & simpliciter profertur, cùm dicat ipsum immixtum, immaterialem esse simplicem, & immortalem, & diuinum, nam, vt inquit Themist. 1. de anima cap. 2. non est æquum in altissimis phylosophiæ quæstionibus aliud sentire, aliud dicere, cùm enim semper digna res homine est, nec à mente verba dissentiant, tum id maximè rebus obscuris, & trepidis est obseruandum, Amplius totus sermo Arist. esset de intellectu in metaphoris traditus, quod ipse maximè damnat 2. post. cap. 17. non esse definitiones tradendas in metaphoris, in hoc enim vt dicunt doctores damnatur antiqui, & præcipuè Plato ab Arist. qui in metaphoris loquebatur, vt dicit Auer. 1. cœli 105. & 106. Amplius quo modo procedit ratio Arist. primo de partibus, vbi dicit de intellectu non considerate naturalem, quia est æterna substantia, ista enim metaphorica æternitas non aufert ipsum à physica contemplatione, vt tu etiam opinaris, & ideo dixit Auer. com. 5. quòd ex verbis Arist. apparet manifestè immaterialitas intellectus qui dicit ipsum esse simplicem, non passiuum, & separabilem, & non est rectum, imò remotū vt aliquo eorum in doctrina demonstratiua: Amplius omnis substantia intellectualis est incorruptibilis, sed anima rationalis est intellectualis; ergo anima rationalis est incorruptibilis: maior probatur, omnis corruptio est per formæ separationem à materia, vt D. Tho. 2. contra gentiles cap. 55. simplex quidem corruptio est per separationem substantialis: corruptio secundùm quid per separationem formæ accidentalis; nam certum est, manente forma rem esse oportere, quia per formam substantia est 8. met. t. 2. & 1. de partibus cap. cap. 1. & 7. met. c. 60. & 2. de ani. per totum, ideò vbi nō est compositio formæ, & materiæ, ibi non potest esse separatio earundem, & per consequens nec corruptio: nulla autem substantia intellectualis composita est ex materia, & forma, quia omne compositum ex materia, & forma corpus est, quod substantiæ intellectuales esse non possunt, cùm non habeant quantitatem, quæ de ratione corporis est, ergo nulla substantia intellectualis corruptibilis est; minor probatur ex Ar. 3. de anima per totum, vbi semper dicit animā rationalem, vel intellectiuam esse incorporeā, inorganicam, atq; immaterialem, remanet ergo quòd anima est incorruptibilis, & æterna: Præterea continuum aliquod corporeum separatum à contrarietate est incorruptibile, ergo multò magis simplex quòd nec cōtinuum, nec compositum ex contrarijs erit incorruptibile, & huiusmodi est anima rationalis, vt probatum supra; ergo &c. Rursus Incorruptibilium, quoddam est incorruptibile secundùm totum, vt cœlum, quoddam incorruptibile secundum partē, & non secundùm totum, vt elementa, quoddam nec secundùm totum, nec secundùm partem, vt elementata, ergo in [illegible] creatis erit idem: habemus enim spiritum secundùm totum, & secundùm partem incorruptibilem, sicut est intelligentia separata; habemus spiritum secundùm totum: & secundùm partem corruptibilem, sicut est spiritus bruti; ergo habemus aliquem spiritum secundùm aliquam partem corruptibilem, non secundùm totum sicut est spiritus hominis: & hęc ratio ad minus sit per similitudinem. Præterea illud, quod per se, & primo intelligit intellectus est vniuersale, [illegible] ne sit magis vniuersale, siue minus, non enim de hoc, sed vniuersale vbiq; est, & semper, [illegible] considerandum est vniuersale pro vt est [illegible] aut, vt est in intellectu, non vt in re est, quia id considerandum est in materia, & materia [illegible] trahendo diuidit, sicq; vbiq; esse non possit cum materia subiectum sit transmutationis, semper esse non posset, ergo consideramus ipsum pro vt est in intellectu separato à materia, & in eo, & sic vbiq; erit, & semper: quamobrem perpetuum erit, ergo ali intellectui habet quod sit perpetuum: tunc sic, aut dicis intellectum æternum, aut non: si primo modo, habeo intentum, si secundo modo, tunc sequeretur perpetuitatē à transmutabili causari, & propositum ad esse iuuare ad oppositum, quare infallibiliter dicendum est ipsam esse incorruptibilem. Præterea si anima humana esset corruptibilis, tunc totus mundus esset in errore. est enim propositio vulgata apud omnes, quòd id, quòd est famosum, non est omninò falsum, sed totus mundus de facto est sub tribus legibus constitutus, vt sub lege Iudeorum, Christianorum, & Maumettanorum, & omnes dicunt quòd anima est immortalis, ergo ipsa est immortalis. Amplius permanentius est esse intelligibile, quàm esse sensibile, & sic incorruptibilius: videam' ergo quonam pacto sit id, quod per modum primi recipientis se habet in rebus sensibilibus: vtiq, dicemus esse incorruptibilem secundū suam substantiam, cùm sit materia prima, ergo multò fortius, incorruptibilior debet esse intellectus possibilis, qui intelligibilium formarum receptiuus est, ergo anima humana, cuius pars est intellectus possibilis est incorruptibilis: Præterea si anima esset mortalis, tunc vitiosi lucrarentur, omnia enim vota, & desideria sibi placita habuerunt, vt omittam illud Augustini, nullū malum impunitum, nullum bonum irremuneratum: Præterea omne agens dignius est patiente, sed intellectus agens, vt vult Arist. 3. de anima cap. 3. est potentia ipsius animæ abstrahens conditiones materiales à rebus, quæ intelligi debent, sic facit actu intelligibilia, cùm igitur intelligibilia actu in quantùm huiusmodi incorruptibilia sunt, multò fortius ipse intellectus agens, quia faciens erit incorruptibilis, quia nullum

nullum corruptibile potest facere incorruptibile, ergo anima humana, cuius lumen, potentiaque est intellectus agens est incorruptibilis: Adhue si anima moreretur, sequeretur quod periret diuina prouidentia, probatur, nam sapientis est benè omnia disponere, & ordinare, vt in proemio metaphisicæ dicitur, cū Deus sit summè sapiens, & sapientis est punire delicta, & premiare virtutes, si ipsa esset mortalis, tunc nullum horum faceret: minor est clara. quia multi vitiosè vixerunt, & tamen feliciter vixerunt, & multi cum virtute, & tamen infeliciter, cùm ergo mortalis sit apud vos, nec isti premiati, nec illi puniti, vbi ergo esset diuina prouidentia; quare immortalis est: Sed longior effluxit oratio, quam proposuimus, libitum erat enim de opinione Arist. & nos cum eam manifestauimus, rationes quoq; philosophicas duximus: ¶ Sed audias quoq; Arist. vt loca ab alijs nō tacta afferam: Arist. 2. de ani. 11. dicit quod quidem igitur non sit separabilis anima à corpore, vt pars quidem ipsius secabilis, idest separabilis apta nata est, non immanifestum, quorundam enim partium, actus est in ipsa, at verò secundùm quasdam nihil prohibet separari, scilicet propter hoc quòd nullius corporis sunt actus: quid clarius? Et ibidem dicit Amplius autem immanifestum est si sic sit corporis actus anima sicut nauta nauis: Et 2. de ani. 27. vbi loquitur de vegetabili, & sensibili secundùm quòd contingit eas diuidi diuisione corporis, subiungit sic; de intellectu autem, & perspectiua potentia nihil adhuc manifestum est, scilicet quòd sit in corpore, sicut vegetabilis, & sensibilis, sed videtur alterum genus animæ, & hoc solum separari sicut perpetuum à corruptibili, reliquæ autem partes corporis manifestum quòd non sunt separabiles: Et 1. de ani. 65. (vt reijciam dicta Portij) dicit intellectus videtur substantia quædam esse, & non corrumpi, maximè enim corrumperetur ab ea, quæ in sene est debilitate, &c. quæ superius apportauimus: ex quo habetur quòd intellectus sit incorruptibilis: Nec valet quod Portius dicit cap. 12. quòd Arist. ibi accepit corruptionem in confuso, nam Arist. sic probat; si anima corrumperetur corruptione corporis, tunc maximè corrumperetur corruptione senij, eò quòd illa sola sit corruptio secundùm naturam, sicut habetur 4. meteor. 3. vbi sic dicit Arist. simplici sanè generationi cōtrarium præcipuè commune putrefactio omnis quippe secundum naturā corruptio in hac via est, quemadmodùm senectus, & vetustas: finis ergo cunctorum horum putrefactio: Præterea Arist. in 11. met. 16. & 17. diuidit substantiā in materiam formam, & compositum: ostendens quòd forma non præcedit materiam tempore, sed ratione, nec sequitur eam tempore, nisi sola anima rationalis, dicit sic, si autem remanet, postremò alia formarum, semper quærendam est de hoc in quibusdam enim non est impossibile v. g. si talem anima talis est dispositionis, non tota tamen, sed intellectus; hoc est si aliqua forma remanet post materiam suam tempore, ipsa non erit nisi anima, & non tota, hoc est, non omnis anima; & dicit quòd tota forte non remanet propter animam humanam, quæ vna est in tribus virtutibus, vnde si intellectiua manet, cùm ipsa sit vna cum vegetabili, & sensibili in homine existentibus, necesse est & sensibilem, & vegetabilem manere per aliquem modum &c. Præterea Arist. in libello de bona fortuna, vbi reputat magnum esse inconueniēs concedere Deum esse iniustum, & iden negabit ipse Deum curatorem esse bonorum fortunæ; vbi dicit sic, si enim bona fortunæ Deum curare diximus, ipsum primum iudicem faciemus, qua de re si anima quidem mortalis esset, omnem diuinam iustitiam peremptam esse necesse foret, aut quòd [illegible] totaliter à diuina prouidentia tolleretur, quę omnia expresse falsa sunt. Amplius Arist. 1. de ani. 32. postquam recitauit opinionem philosophorum de ipsa anima, laudauit opinionem Alchmeonis, dicens, quòd benè dixit animam esse immortalem. Præterea 10. ethic. 9. dicit remanet quòd intellectus sit verus actus hominis: Dices dicit Arist. 3. de ani. quòd est pura potentia: dico verum est respectu intelligibilium; sed in sui substantia est actus, vt inferius nostras rationes super hoc percipies: & quòd sit verum, ecce nōn dicit 3. de ani. 5. intellectus nihil est eorū, quæ sunt ante intelligere, ecce quomodo est in potentia respectu intelligibilium, & est actus respectu hominis, & dicebat Arist. 7. met. 38. homo est homo per intellectum, nam respectu hominis, est actus, quia intelligere est passio hominis qui corrumpatur, & 3. de ani. 3. impassibilem oportet esse intellectum, & non hoc. i. quòd sit actu corpus, vel virtus in corpore, sed est purus actus in se, & t. 4. oportet esse immixtum, ergo separabilis à corpore, vt superius probauimus, In 6. est inorganicus, In 7. est separabilis à corpore, & 3. de ani, 20. non reminiscimur post mortem, ergo intellectus remanet. Præterea in 7. ethic. 4. dicit homo secundùm vnam partem est corruptibilis, secundùm aliam verò æternus, & incorruptibilis: Et 1. de partibus 1. philosophus non de omni anima disserit, nam non se intromittit ad intellectum, cùm sit abstractus: & in 7. politi. dixit quòd licet sacrificari ab hominibus: & si esset mortalis, tunc vtiq; sacrificatio esset frustratoria. Præterea 1. ethic. 15. dicit felicitatem, vel infelicitatem attingi vsq; ad animas defunctorū. Quid clarius? ¶ Et vt veritas sumatur ab aliquib' à maiori manu dicentium animam esse immortalē: Id dixit Thales Milesius, qui primus de rerum natura disputauit, & ab apolline inter consecratos philosophos numeratus: & Isidorus 2. ethic. libro

Autboritates Arist.

Autboritates diuersorū philosophorum.

aduentos, alijs sub gurgite vasto infestum eluitur scelus, aut exuritur igni: quisq; suos patimur manes, ex inde per amplum mittimur elisium, & pauci lęta arua tenemus. Propertius libro 4. eleg. sunt aliquid manes, lethum nó omnia finis, lucidaque euictos effugit vmbra rogos. Boetius 10. lib. metro. 3. hoc quicquid placet excitatq; mentes, infimis tellus, alnit cauernis, splendor quo regitur, vigetq; cœlum, vitas obscuras animæ ruinas: Algazel. d. cum separata fuerit anima à corpore durabit eius cohærentia cum intelligentia agente, & perficietur eius dispositio, & delectabitur cum delectatione eius. Isaac in libro de diffinitionibus animarum dicit, sunt tres ordines, scilicet anima rationalis, bestialis, & vegetalis: omnibus autē excellentior est rationalis, eò quòd ipsa causata est ex intelligentia, & est de natura eius: & alibi dixit animæ malorum deprimuntur sub tristi orbe, & crem. hontur in igne magno. Auerroes clarè posuit 3. de anima commento 5. intellectum possibilem esse æternum & incorruptibilem. Et quia hoc clarum est, & amplius probatione non indiget, vt inserulam studiosis apportabo loca sanctorum, non vt id probem, sed vt studiosi videant. Augustinus in soliloquijs cap. 5. dicit animæ patria est Deus ipse, Idem in de quantitate animæ cap. 1. dicit anima hominis aut à Deo, aut à diabolo regitur, & libro 9. de ciuitate Dei cap. 9. & homil. 3. in Apoc. super ps. 87. & libro de doctrina Christiana. Idem 6. confessionum dicit veh animæ audaci, quæ sperauit, si à te recessisset, se aliquid melius habituram, versa, & reuersa in tergum, & in latera, & in ventrem, & dura sunt omnia, & tu solus requies, & ecce ades. Idem in libro de diffinitione animæ, anima est substantia increata, indiuisibilis, incorporea, immortalis, Deo simillima, imagine habens creatoris sui. Idem super genesi ad literam, omnis animā, aut Christi, sponsa, aut diaboli adultera est. Gregorius libro dialogorum dicit tres vitales spiritus creauit omnipotens Deus, vnū qui carne non tegitur, alium, qui carne tegitur, sed non cum carne moritur, tertium qui carne tegitur, & qui carne moritur, primus est angelorum, secundus hominum, tertius brutorum animalium: Bernardus in sermone dedicationis, ad imaginem quippe dei facta est anima rationalis, cæteris hominibus occupari potest, repleri omnino non potest, capacem enim Dei: quicquid Deo minus est, non implebit: Idem in sermone 107. aduertistis tres sanctarum animarum status, primum in corpore corruptibili secundū sine corpore, tertium in corpore iam glorificato, primum in militia, secundum in requie, tertium in beatitudine consumata. Chrisostomus libro de recuperatione lapsi, si animā negligemus, nec corpus saluare poterimus, non anima pro corpore, sed corpus pro anima facta est, qui ergo quod primū est negligit, & quod inferius extollit, vtrumq; corrumpit, qui verò ordinem seruat, & quod primum est colit: etiā si negligat quod secundum est, per primi salutem, saluabitur, & secundum. Bernardus sermone 33. dicit, anima studiosa tria non cessat inquirere, iustitiam, iudicium, & locum habitationis. Has habui apud vos disertissimos de veritate immortalitatis animæ rationes quas dicerem, quam christiani alia quadam via videntur quærere. Fuimus explicandis his fortasse longiores, sed (vt ipsi scitis) iuuentus loquacior est, & multi quoq; nos precibus, & monitis ad hæc inuitarunt, dum à priscis latinis intractatas dicebant, & à recentioribus quoq;, cū ipsos sequantur Aristotelisq; sectatoribus tam inepte, tam etiam in composite aut explicatæ, aut perplexæ disputatæ: Cui parti, & si fecimus à nobis exactè nullo modo satisfactum, hoc munus hoc quia decet vbertate atq; verborum dignitate ad implendum, inuabit tamen, & morem gessisse vobis studiosissimis viris, & viam monstrasse illis ipsis, qui, & cautius, & eruditius, maioreque cum ornatu hoc ipsum philosophandi munus, post nos (quos equidem non paucos arbitramur) etiamque auspicatius prosequendum susceperint. Nunc ad extirpationem falsarum rationum accedamus.

Authoritates Sāctorū Patrum.

SOLVVNTVR RATIONES OPPOSITAE. Cap. V.

SVPERIEST modò, patefacta veritate de mente Aristotelis, & peripateticorum, rationes oppositas soluere: iuxta illud Auer. 1. phy. 71. & 4. phy. 31. sermonis veri, ac demonstratiui priuilegium est, non solum veritatem dicere, sed omnes dubitationes contingentes circa illam soluere: Et vt ordinatè procedam ¶ Ad primam respondeo, quòd verum est, quòd Arist. in 2. de ani. loquitur de omni anima, & dices illa anima est finis proprius corporis habentis ipsam, sed omnis finis proprius est inseparabilis ab eo cuius est finis &c. dico animam esse actum primum intelligitur æquiuocè, non vni uocè, quoniam vegetatiua, & sensitiua sunt verè actus primi corporis, quia istæ ex semine educuntur, quæ inseparabiles sunt, sed anima rationalis licet sit actus primus corporis, tamē est separabilis ab ipso, quia non educitur de potentia materiæ, vel ex semine, sicut vegetatiua, & sensitiua. Sed dices à quocunq; remouetur definitio: ab eodem remouetur definitum, sed ab in-

Sol. ad 1

ab intellectu remouetur definitio ipsius, ergo & definitum, minor patet, nam anima est actus corporis physici organici, sed actus corrumpitur ad cuius est actus, vt supra dictum, ergo, & definitū corrumpitur, ergo intellectus corrūpitur: quòd hæc sit definitio patet 2. de ani. 7. tunc sic omnis definitio, quæ competit generi, competit speciei, sed anima est actus corporis loco allegato, & intellectus est eius species, ergo intellectus est actus, sed actus corrumpitur, quia definit informare corpus, ergo, & definitum corrumpitur, & ad corruptionem generis corrumpuntur omnes species, & cùm intellectus amittat definitionem, ergo & substantiam 7. met. & sic aliter est formata à nobis prima ratio, & aliter quoq; respondebitur. Respondeo concedendo maiorem, & eam glosando respectu cuius corrumpitur definitio, corrumpitur definitum, concedo quòd corrumpitur definitum quò ad definitionem respectu subiecti, pro quanto intellectus non est amplius entelechia corporis, & Philop. 2. de ani. 26. d. quòd intellectus, quatenus entelechia corporis est, eatenus inseparabilis est, & hoc non absq; causa, quia entelechia corporis est, non autem substantia intellectus, nec suis omnibus operationibus, sed ijs, quas respectu ad corpus habet, quæ quidem à corpore sunt inseparabiles, ac veluti gubernator, qui cum sit entelechia nauis, quatenus gubernator à naui separari non potest, verùm quia non solū gubernator est, sed homo, vt homo quidem separabilis, non autē vt gubernator, & entelechia nauis, sic intellectus vt actus corporis inseparabilis, vt verò intellectus separabilis est: hanc responsionem accipias ab Auer. 3. de ani. 65. vbi dicit corrumpitur definitio intellectus, idest definit informare corpus, non autem vt intellectus corrumpitur, quia si sic esset, tunc omnis intellectus esset corruptibilis, & quia Deus est intellectus, ergo asset corruptibilis, & sic intellectus corrūpitur quò ad definitionem, nam autem vt intellectus. ¶ Ad aliam dico, quod omnis forma se iuncta à materia, nec per se, nec per accidens potest moueri, vt ex 8. phy. patet, & ita dicemus de anima rationali, sicut enim dicebat ibi com. 53. Auer. intelligentia mouetur per accidens attributiuè, inquantum mouetur id, cui ipsa attribuitur, sic dicimus de anima rationali: Nec obstat textus 2. top. 21. & 8. phy. 51. quòd motis nobis mouentur omnia, quæ sunt in nobis, Nam Arist. intelligit ea, quæ sunt apta suscipere motum vel per se, vel per accidens, modò separata à materia, cum non sint quanta aliquo modo nec per se, nec per accidens, non sunt apta moueri aliquo modo, & tota causa est vt dicit Auer. 8. phy. 52. quia non constituuntur in esse à re mota, & ideo non mouentur aliquo motu ad motum subiecti, quia nō sunt quā[?]ta aliquo modo: Quòd autem anima nullo mo-

Sol. ad 2

do moueatur pateat ex textibus Arist. & primo ex 62. t. primi de ani. vbi dubitat, quòd videtur anima tristari, gaudere, confidere, timere &c. hæc autem omnia motus esse videntur, vnde opinabitur quis animam moueri. Soluit infra dicens animam dicere irasci, & simile est, ac si quis dixerit eam texere, vel ædificare, melius est enim animam non misereri, aut edi[s]cere, aut intelligere, sed hominem anima, probat, quia anima non debilitatur, si enim senex accipiat oculum iuuenis, videbit vt iuuenis: In 66. concludit, quòd quidem igitur non possibile moueri animam, manifestum est ex his, si autem penitus non mouetur, sup: vt probatum supra, manifestum quod neq; à seipsa: In 67. digreditur contra Platonem ponentem animam esse numerum mouentem se ipsum, & alios textus sequentes, quos si bene considerabis, intentum elicies. ¶ Ad aliam rationem est respōdendum: Pro quo nota quòd secundum omnes philosophos naturales, vegetabila, sensibile, & rationale in homine sunt substantia vna nota 2. quod corruptibile, & incorruptibile, per se, & in se, & secundum idem, nunquam est substantia vna, & sic non est anima rationalis, quæ incorruptibilis tantū existit, ex qua fluunt quædam potentiæ operantes cum instrumentis corporalibus, vnde corruptio non est ex parte animæ, sed ex parte organorum, & sic corruptio est operationis, non potentiæ operantis, aliter enim oporteret rationalem animam dicere diuersas substantias in motu enim progressiuo hominis mouent intellectus, & voluntas, quorum vtrunq; rationalis anima est; & cum operatio illa nō sit absoluta à corpore, eo quòd ambulatio nōn posset esse sine pedibus, principia illius operationis erunt operantia in instrumentis corporalibus, & si potentia animæ corrūperetur propter potentiam operationis, oportet nos dicere quòd aliqua pars animę rationalis corrumperetur, & ita vna pars animæ cum alia essent diuersæ substantiæ, quod falsum, quia est vna, vt dictum. Nota vltimo quòd vegetabile tripliciter capitur, vt genus, vt species & vt potentia, siue pars, vt genus secundum quòd dicitur contrahi per sensibila, & rationale ad constitutionem speciei bruti, vel hominis, vt species, quia constituit plantam, vt potentia, vel secundum quod est pars virtualis animæ sensibilis, vel rationalis: sic sensibile tripliciter capitur; vt genus, vt species, & vt potentia: vt genus secundùm quòd contrahitur per differentiam ad constituendum hominem, vt species, respectu bruti, vt potentia, & pars animæ rationalis: tunc ad punctum dico quòd vegetatiuum, & sensitiuum, quę sunt potentiæ animæ rationalis corrumpuntur, secundùm quòd operationes ex organis deficientibus corrumpuntur, in se autem, vt sunt partes animæ rationalis, quę est vna substantia in homine non cor-

Sol. ad 3

corrumpuntur, sicut debilitas operationis acci dit ex parte organi, si enim senior accipiat ocu lum iuuenis, videbit vt iuuenis. ¶ Dices cōtra 2. de ani. 31. trigonum est pars tetragoni quā do est in ipso & corrupto trigono corrumpitur tetragonum, ergo corrupto sensitiuo, corrum peretur intellectiuū. ¶ Dico quod Arist. in tex. 31. supposito quod figura sit genus, quod ha beat multas species, & supposito quòd cum de finita fuerit figura, vt genus, non habitæ sunt perfectæ definitiones speciērū: nam 1. post. 38. quod primo, & per se competit toti, si demon stratur de parte, est per accidens demonstratio & quia Arist. vsq; ibi definiuit animam in com muni, quæ cum sit genus continens suas species videns quod illa definitio non d. essentiam spe cierum animæ, proponit quòd vult tradere sin gularium potentiarum animæ definitiones, verū singulæ potentię animæ considerantur duplici ter vel vt sunt species, quæ constituunt aliquod genus animatorum, & sic vegetatiuum, & sen sitiuum corrumpuntur, quæ educuntur de po tentia materiæ, vel vt sunt partes, quas conti net anima rationalis, sic vt talis pars non corrū pitur: ad punctum dico quod trigonum non est in tetragono secundùm esse proprium, sed se cundùm esse tetragoni, distinguibile. n. est tri gonum per diuisionem tetragoni: & est ibi simi litudo duplex, & vna dissimilitudo: est similitu do quantitatis continuæ, & partium eius ad to tum potestatiuum, & partes eius, in hoc, quòd sicut in toto continuo includuntur partes secū dùm essentiam, & habent actum in ipso, & esse & non per se, ita in toto potestatiuo sunt partes potestatum particularium, quæ partes, vires, vel virtutes dicuntur, & non secundum esse, & speciem propriam, sed secundum esse, & spe tiem sui totius: vegetabile enim quod est pars animæ rationalis, non est species animæ, sed pars huius totius, quod est anima rationalis, & hæc similitudo sumitur ex comparatione to tius ad totum, secundùm continentiam partiū, secundùm quam minus semper est in maiore, & attenditur à philosopho 2. de anima 31. secū da similitudo est in modo diuisionis, sicut enim continuum diuiditur in plura, sic & quantum potestatiuum, totum potentiale diuiditur in plura potentialia, secundùm ea, in quæ potest, sed in hoc est differentia, quia continuum diui ditur per intranea, & ideo non manet vnū quando diuisum est, potestatiuum autem diui ditur per intranea, & obiecta potentiæ secun dùm quòd potest in duo, vel tria, vel quatuor, & ideo manet vnū respectu illorum, differētia verò est in hoc quòd partes cōtinui nō possunt signa ri, nisi per diuisionē cōtinui, sed partes potestati ui signantur per operationes & secundū istū mo dum vegetabile per naturam sequitur sensibi le, & sensibile rationale, vt per suum totum, licet tempore operationes vegetabiles præce dant sensibiles, & sensibiles rationales: & hæc est conuenientia, & differentia post solutionē.

SOLVTIONES RATIONVM PORTII.

Cap. VI.

Solut. ad 4. Ad primam rationem Portij respon sum est latius in prima ratione Ale xandri, ideo eò recurre. ¶ Ad quar tā in ordine, & ē Portij, dico quòd non est possibile, vt id quod generatur, non pe reat; modo anima non generatur, sed creatur, vt superius clarè dictum est. ¶ Ad aliā: Pro qua *Solut. ad 5.* nota quòd aliquod competit generi, quòd nō competit speciei, & aliquod cōpetit speciei sub ratione generis, sed nō ratione speciei, vt 7. phy a. cœlum corrumpitur vt corpus non autē vt ta le corpus: sic formæ, vt formæ sunt fines, & nō separatur à suo peculiari subiecto, quia propriū est ipsi: materiā cōplentibus, ab ipsa non separa ri, & sic corrūpuntur, non autē, vt tales formæ, & hoc nō sine causa, quia intellectus vt talis for ma nō est eductus de potētia materiæ, & ideo nō corrūpitur. Dices omnis forma existens in materia prima corrūpitur, sed intellectus ē hu iusmodi ergo &c. Pro solutione nota, quòd ali quod coniūgi cū materia prima stat duobus mo dis, vno modo, vt est deductū ex eius gremio, alio modo prout ei dat esse: sicut lumē in me est & tamen non est deductū cum me, veluti au tem de formis, quæ ex gremio materiæ dedu ctæ sunt, non autem de eis, quæ dant esse ma teriæ & ex eis eductæ non sunt quòd autem sit forma probatur sic, quòd est principium distin guendi est principium essendi, & quod est prin cipiū essendi, est forma, sed intellectus est prin cipiū distinguendi, vt patet ex Auer. 1. com. 3. de ani. ergo &c. tunc ad punctū forma existens in materia prima est corruptibilis, concedo, quæ educitur de potentia materiæ, vt dictū est, non autem de eis quæ sunt creatæ sicut intelle ctus. ¶ Ad aliā dico quòd Arist. probat, quòd *Sol. ad 6* indiuisibile, quòd est in genere quantitatis im possibile est moueri, quia illud habet situm in continuo, & per consequens comparationem ad quantitatem spatij, & quia non potest tran sire maius se, nisi prius transeat æquale, cū in quocunq; paruo spatio sint infinita æqualia si bi, nō cōtingeret ipsum transire inquantocūq; tempore quantumcunq; paruū spatiū: sed nos dicimus quòd anima non est sic indiuisibilis, & propter hoc transit ipsa anima per spatium non numerando partes spatij, numerans enim cum numerato debet esse eiusdem naturæ. ¶ Ad *Sol. ad 7* aliam dico quod licet incorporea non sint pro priè in loco, sic quod circumscribantur, &

contineantur loco determinato, & includãtur, vel etiam circumstent, & circumdent aliquem locum, tamen secundùm quandam transumptionem, & impropriè sunt in loco. s. quia mouent aliqua mobilia determinata, & eis sunt appropriata, ita quòd vnumquodq; ipsorum mouet tale mobile, determinatè, & immediatè, & sic est in ipso suo mobili secundum appropriationem mouendi. ¶ Vel aliter Respondet D. Tho. in prima parte sum. quæst. 53. art. 1. quòd esse in loco æquiuocè prædicatur de corporeis, & incorporeis, corpus enim est in loco, propter hoc, quod applicatur loco secundùm contactũ dimensiuæ quantitatis, quod non est sic in intelligentijs, sed est in eis quãtitas virtualis, per applicationem igitur virtutis incorporeæ ad aliquem locum; qualitercunq; dicitur esse in loco corporeo, & hęc verba coincidunt cum prima solutione. D. dicit Nec oportet propter hoc, quòd contineantur à loco, nam substantia incorporea sua virtute continens rem corpoream; continet ipsam, & non continetur ab ea, anima enim est in corpore vt continens, & non vt contenta, & similiter angelus dicitur esse in loco corporeo, non vt contentum, sed vt continens aliquo modo. ¶ Ad aliam, quæ puerilis est, cum clarè pateat eodẽ libro ortum, & interitum hominis, & brutorum complexum fuisse, Dices ergo vnus, & idẽ erit interitus vtriusq; : Dico verum est, quantũ ad compositi corruptionem, quæ quidem est vtrobiq; per separationem animæ à corpore, licet in hominibus post separationẽ humana anima remaneat, iumentorum verò minimè, sed corrumpitur: igitur non valet illatum, quòd desideratur aliud opus Arist. de generatione hominis, benè verum est quòd desideratur opus Arist. de Immortalitate Animæ, qui dicebatur Eudemus. ¶ Ad aliam dico quòd non est impossibile, vt duo agentia concurrãt ad constitutionem hominis, dummodo illa talia agentia sint ordinata, & subalternata, iuxtà illud 2. phy 26 sol, & homo generant hominem, vt superius declarauimus. ¶ Ad aliam negatur antecedens quod omnia, quæ cognouit Arist. esse æterna fuerint prima, & tunc sequeretur hoc, quando non daretur creatio, modò datur, vt superius clare patuit, & quando dicit quòd Arist. nulla ratione probauit humanæ mentis æternitatem, quia si humanam mentem vt formam & vt motorem accipimus, cum formæ conditiones ex operibus cognoscãtur, nulla est in homine operatio perennis, & cõtinua, quia Intellectio marcescit &c. Sed hoc ipse non probat: Nos sic probamus: quotiescunque alicui rei inest aliqua operatio, non potest illa res sine illa propria sua operatione reperiri, sed intelligere, quod est propria operatio animæ non potest esse sine phantasmate, quod non potest esse sine corpore, ergo animæ corpore destructo esse non potest minor patet 3. de ani. 39. Et confirmatur, cuius nulla operatio est sine corpore, secundum nullum principium illarum operationũ manet anima sine corpore: antecedens patet in lib. de animal. consequentia probatur, quia si aliqua animæ operationum esset sine corpore, illa foret intelligere, sed omne intelligere est ex phantasmate, quod non est sine corpore, ergo cum anima non habeat propriam operationem quia sua est cum corpore, corrumpitur intelligere &c. ¶ Pro responsione nota quòd intellectus capitur quatuor modis, aliquando pro intellectu animam intellectiuã intelligimus, secundo modo pro ipsius naturalibus potentijs quibus mediantibus ipsam animam actiuè, & passiuè ad speciem intelligibilem, & intelligendi actum concurrit, quæ potentiæ intellectus agens, & possibilis nuncupantur, tertio modo pro intellectu actu, habitu, speculatiuo, vel practico, intelligendo tamen per intellectum in actu intelligibilem speciem, vel intellectionem actualem, per intellectum in habitu, habitum intelligibilem, vltimò modo pro intellectũ passiuo, seu cogitatiua virtute, quæ propter eius propinquitatem ad intellectum propriè dictum, intellectus dicitur: ad punctum concedo intelligere cum phantasmate esse propriam animæ operationem cum ipsa corpori est vnita separata autem alium intelligendi modum habebit, & ideo non sequitur, quòd intelligere, quod est propria animæ operatio, non potest esse sine phantasmate, ergo destructo phantasmate, destruitur anima, sed bene sequitur destructo phantasmate, destruitur operatio animę pro ut est existens in corpore, cum in corpore anima phãtasmate indigeat pro obiecto, & non tã etiam quòd ad corruptionem phantasmatis corrumpitur intellectus tertio, & quarto modo sumptus, nam intellectiua anima in sui principio, & creatione est sicut tabula rasa, in qua nihil est depictum, ergo si capiatur intellectus in habitu, vel speculatiuo, inquantum generantur in ipso species intelligibiles, in actu vel habitu, generabilis dicitur, & sic corruptibilis est, sed intellectus in actu, vel habitu &c. huiusmodi fit, ex quo phantasma præsupponit, quod corruptibile est, à quo in conseruari dependet, ideo intellectus hoc modo sumptus corruptibilis est, similiter patet de intellectu quarto modo dicto, cum virtus cogitatiua corporea sit, sic clarè patet ipsam generari, & corrumpi. Tunc ad confirmationem concedo maiorem, nego tamen animę operationem non posse esse sine corpore, cum hoc verum sit quando est vnita cũ corpore, sed separata, nõ indiget alio, quia ipsius intelligere non explebitur per respectum ad aliqua obiecta in corporeis organis existentia, vt phantasmata sunt, sed per seipsam intelliget, eo tamen modo, vt substãtiæ quæ totaliter secundum esse à corporibus sunt separa-

Alia Solut. ad 7.

Sol. ad 8

Sol. ad 9

Solutio ad 10.

separatæ, à quibus substantijs, tanquam superioribus subiectis ad perfectè intelligendum, vberius influentiam recipit, nec immeritò hoc potest esse, quia cum anima ipsa sit in confinio corporearũ, & incorporearum substantiarũ qua si in orizonte existens æternitatis, & temporis, recedens ab infimo, appropinquat ad summũ, quare cum totaliter à corpore separata est, assimilabitur substantijs separatis, quantum ad modum intelligendi, & habendi intelligentiam, & influentiã eorum recipere, quare patet, quòd licet intelligere nostrum, secundum modum præsentis vitæ, corrupto corpore corrumpatur, tamen post separationem à corpore, alius modus altior intelligendi succedit. ¶ Pro responsione ad aliam nota quòd forma duplex, vt sæpius dictum est, quædam, quæ educitur è gremio materię quædam verò quę non: Tunc dicatis clarè argumentum esse verum de primis formis, quæ per se existentes non sunt, & substãtię materiales vegetabiles, & sensibiles sunt quæ ad perfecti corruptionem corrumpuntur, sed iam multoties diximus rationalem animã non esse huiusmodi, vt inferius fiet quoq; manifestum, quomodo substantia per se existens fit. ¶ Ad aliam in ordine respondetur sicut dictum est rationi decimæ. ¶ Ad aliam negatur consequentia, scilicet quòd sola principia sint æterna, quia vt probatum anima est æterna, & per creationem, licet non numeretur inter principia. ¶ Ad aliam in ordine respondetur sicut dictum est abunde ad vltimam rationem Alexandri, quæ est tertia in ordine. ¶ Si vir iste quot proponit probaret, mehercle, vel anima corrumperetur, vel apud inferos comederet: dij immortales, quomodo tenet ista consequentia, si rationalis anima æterna est, igitur viæ, quibus vsus est Ari. ad demonstrandas formas materiæ expertes æternas esse, nõ demonstrãt? Quòd licet aduertisset vias, quæ intellectus possibilis separationem, & eius simplicitatem, ac immixtionẽ, denotãt d. quod illis vtitur Ar. pręposita æternitate motus, & immobilitate formę: sed hoc non valet apud nos, cum non sectemur Auerroem in hoc & cum Arist. 3. de ani. & immixtum à corpore t.6. & impassibilem, & inorganicum, & simplicem per totum astruat, Quare muta sententiã, & tui discipuli probent apud nos consequentias. ¶ Ad duas alias sequentes rationes, quia sunt colligatæ, respondetur taliter, quòd sicut diximus ad 10. quod intelligere cum phantasmate est propria operatio animæ coniunctæ cum corpore, sed separata alium intelligendi modum habet, sic dicimus quòd anima dum est in corpore, quia intelligere est proprium coniuncti perficitur à phantasmatibus: sed quod possit anima intelligere separata, vide Arist. 9 met. 22. vbi dicit quòd talis ignorantia in nobis non est sicut cæcitas, & nõ pro hoc statu ex 2. met. ergo pro alio statu: Nec te moueat

Solut. ad 11. *Solut. ad 12.* *Solut. ad 13.* *Solut. ad 14.* *Solut. ad 15.* *Solut. ad 16. & 17.*

si duo modi operandi, ergo anima non esset vna numero, quia hoc valet, quando vterque fuerit naturalis, modo vnus est naturalis, & alter supranaturalis: Nec est ad propositum quod improbat scilicet animam rationalem esse materiã phantasmatum, cum id non defendamus, nec principalem astruat conclusionem. ¶ Ad aliam rationem, quæ est bipartita per loca Arist. ad primum in lib. de Long. & breu. vitæ quod corruptis nobis corrumpuntur sanitas & scientia, ergo potest dicere Portius, quod corruptis nobis corrumpuntur omnia quæ sunt in nobis: dico quod omne quod corrumpitur, dupliciter corrumpitur, vel per contraria, vel ad corruptionem subiecti, & anima non per contraria corrumpi potest, cum sit simplex, & nõ habeat contraria, sed corrumpitur ad corruptionem subiecti: ad punctum corruptis nobis &c. concedo, sed anima est in nobis, cõcedo vt forma corrumpitur, non vt intellectus & ad locũ 20. 3. de ani. quòd non reminiscimur post mortem D. Thom. dicit hunc textum esse ad nostrum scopum, nam dicit non reminiscimur, quia intellectus remanet, & dum dicit & nil intelligit anima sine hoc, i. sine cogitatiua, quia hæc sumitur pro intellectu 4. modo, qui intellectus passiuus dicitur, vt supra clarè diximus, concedo quòd dum intellectus est in corpore, non potest intelligere, nisi mediantibus phantasmatibus, dum autem separatus est, nõ opus est illis: Vel fortasse melius, nõ reminiscimur post mortem eorum, quę scimus in vita dicimus, quòd sensus est de intellectione, secus de reminiscentia, quia reminisci, cum sit actus per organum corporeum exercitus, vt patet in lib. de mem. & reminisc. non potest remanere in anima post corp. nisi æquiuocè reminisci vocatur, .s. pro eorum intelligentia, quæ prius nouit in vita, cũ species intelligibiles in intellectu possibili indelebiliter recipiantur: Vel & 3. dicendũ non reminiscimur, quoniã aliquod interius corrumpitur. Dicatis clarè est intelligẽdum quòd operatio intellectus, quam habet in corpore impeditur, vel corrumpitur propter aliquam lęsionem facti in organo imaginatiouis, vel alterius virtutis sensibilis, vel ad eorũ corruptionẽ, & sic intelligere nostrũ corrumpitur corrupto corpore secundũ modũ præsentis vitæ. ¶ Ad aliã, concedimus mentem esse à natura, vt per belle declarat Arist. 30. part. proble. 4. ergo intellectus possibilis à natura &c. Dico quòd tu nõ bona fronte potes hoc dicere, cũ cap. 15. soluendo locũ Ar. 2. de gen. ani. cap. 3. quod mẽs extrinsecus adueniat per mentẽ intellectũ agentem esse intelligendũ asserebas, quod funditus eradicauimus. Nunc autem per mentem intellectum potentia intelligas: igitur vel habuimus intentum scilicet quòd ibi intellectum potentia extrinsecus aduenire intelligat, & sic soluemus dictum tuum quòd hic per mentem discursum

Solut. ad 18. *Solut. ad 19.*

 intelli-

intelligat vt Them. 2. de mem. & reminisc. declarat: vel tibi met, immemos tuorum dictorũ, clarè contradices: Quod cum probè scitem faciendum putaui, vt solutionem datam declaremus: & primo supponamus dictum lucidissimi Them. 2. de mem. & reminisc. cap. 14. quod tunc est discursus, quando dianoetica virtus, quam cogitatiuã solitus sum appellare vtitur sẽsibus, & discurrit, & hæc dicitur mens, quam opus esse naturæ fatendum est, cum cogitatiua à semine educatur, & cur discursus non illico quòd nascamur insit nobis, est causa, quia sensus propter nimiam humiditatem adhuc non sunt depurati, sicut manus propter nimiam teneritatem ab humiditate prouenientem, hinc est quòd Arist. comparat mentem, idest discursum manui, Dices dictum supra, quod 2. de generat. ani. per mentem intellectum intelligat ergo hic per mentem idem intelligitur. Dicatis clarè, quòd Arist. ibi loquitur de substantia hominis, quæ non est nisi intellectus 7. met. 38. hic verò loquitur de instrumento animę ad discurrendum, Nolo tamen ignores apud Arist. vnum nomen ad diuersa comparatum diuersa significare, & 2. de gener. ani. & 7. met. 31. mens non semper pro intellectu capitur. Secũdum illatum apud nos non sequitur soluto primo, sic tertium quòd cum nascimur similis est intellectus noster agraphę tabellæ, & per consequens nil differat anima pueri à bestijs, quia cùm conclusum sit, quòd anima nil intelligat, nisi quod sensus receperint, pro hoc statu, & cùm sensus adhuc propter nimiam humiditatẽ non sint depurati ideo quia nihil intelligit, nec discurrit, videtur quòd nil differat anima pueri à bestijs, hinc est quod adolescens vigoratus incipit discere, discurrere, intelligere, & pedetentim perficitur in senecta, Et cum quatuor modis dicatur intellectus, vt supra clarè dictũ est, ad vltimum illatum dico, quòd intellectus, qui est perfectus in senecta pauco tempore durat, ibi elligitur de tertio significato intellectus, quare creatus nudus aduenit, sicut tabula rasa, pedetentim ab his inferioribus, dum hic est, perficitur, & in senecta hæc perfectio ab his cõ moritur. ¶ Ad aliam concedo quòd anima quę est forma indiuisibilis est in qualibet parte corporis, tunc ad obiectiones: sensitiuum non distinguitur ab intellectiuo, sed primum est in corde, ergo secundùm, & alibi dicit Arist. cor esse animæ sedem: Dico quòd Arist. dicit in 1. de ani. 92. quod difficile est fingere quam partem continebit intellectus, ecce quomodo patet per Arist. quòd nullam continet partem intellectus. Tunc ad punctum aliquod esse in aliqua parte corporis stat dupliciter, vno modo in quantùm perfectio alicuius partis, alio modo vt instrumentum operans per ipsam, tunc dico quod intellectus est in corde, vt perfectio, & forma, non vt operans per ipsum cor, sicut sensitiuũ, sed dans esse ei, qui a Rex in sua sede operatur per vniuersum.

Solut. ad 20.

¶ Ad aliam, si intellectua potentia separaretur, quod per se est potentia, efficeretur actus: dico quòd est falsum dictum tuum, quia intellectuade se est actus, & probatur, nam Arist. 1. ethic. 9 volens probare speculationem iocundissimam, beatissimam, probat quia est naturalissima, & quòd sic maximè naturalis probat hac ratione, Id quo maximè est homo secundum naturam maximè operatur, sed mente maximè est homo secundum naturam, ergo mente maximè operatur secundum naturam: tunc sic, quando dicit Arist. mente maximè esse hominem, aut intelligit esse formam dantem esse, aut dantem operari. si dantem esse habeo intentum, si dantem operari, ergo concludit quod petit in præmissa, nam quærit operationem naturalissimam esse, & sumit operationem naturalissimam, sed petere non est artificis, ergo &c. & si posset concedi quò I daret operari, contra dana actum secundum da actũ primum, sed si intellectus dat operari, ergo dat esse. Præterea 2. de ani. 24 probat animã quò ad omnes partes suas, etiam quò ad intellectũ esse formã, & quod quid est, & arguit tali pacto, quo primo operatur est forma, & quo quid, sed intellectu primo operatur, ergo intellectus est forma, & quod quid: tunc sic, aut concludit esse formam dantem esse, aut operari, si primum, habeo intentum, si secundum, ergo Arist. concludit præmissam, quam sumpsit in principio, nam intellectus est forma qua primo operatur, ergo intellectus est forma operans primo, ergo necessariò debet concludere, quod primo operatur est forma dans esse: Ad obiectionem 3. de ani. 5. intellectus est pura potentia, dico est verum respectu phantasmatum, non secundum essentiam: O, dicit, si per suam essentiam esset actus, ad quodcunq; compararetur semper esset actus: dico quòd hæc regula sic intelligitur quod per suam essentiam est tale, ad quodcũq; comparetur semper est tale, dummodo id, ad quod comparatur sit in eodem genere essentiæ ad quod comparatur illud tale: modo quid obstat, vt intellectus si actus simplex, impassibilis &c. Et sit potentia respectu phantasmatum, dum nobiscum est: & do exemplum de materia prima, quę sua natura actu est, & potentia respectu formarum, iuxta illud 12. met. 18 omnes formæ sunt in potentia in materia prima, sunt in actu in primo motore: Nec valet quod dicit quòd Arist. nunquam probauit intellectũ potentia esse substantiam, cum & duabus rationibus supra dictis, clarissimè id ex Arist. probauimus, & superioribus etiam capitibus, vbi intellectum esse formam dantem esse homini notificauimus, & per loca Arist. palàm fecimus.

Solut. ad 21.

¶ Ad aliam, quia tenemus creationem cũ Arist. ideo intellectum nobiscum non per operationem &c. Sed per creationem à Deo benedicto

Solu. ad 22.

vniri

Solu. ad 23. viri fatemur. ¶ Ad aliam respondetur sicut dictum est ad rationem primam in ordine. ¶ Ad aliam dico quòd concludit contra Auer. qui volebat quòd intellectus vnitur per operationẽ, nos autem per creationem tenemus. ¶ Ad aliã concedimus illam esse definitionem animæ, verùm æquiuocam, vt in sol. ad 1. rationem diximus, igitur à corpore separari non potest, concedo vt forma, quæ desinit informare, secus autem est de intellectu. ¶ Ad aliã suppositu quòd anima, dum est in nostro corpore id intelligit, quòd sensus ministrant, propter hoc intelligere cùm phantasmate erit propria operatio animæ, cum corpori est vnita, sic cùm omnia intellexit, seipsam intelliget, vt 3. de ani. 8. separata autem, alium intelligendi modum habebit, pro vt sol. ad 10. abundè diximus, sic facilis est responsio. ¶ Ad aliam, primo restringimus rationem, quæ hercle locus est Aristot. 10. ethic. 8. vbi dicit nos cum simus mortales mortalia curare debere, & quantum possumus ad immortalitem accedere: secundo Respondeo quòd debemus accedere ad immortalitatem. i. debemus viuere secundum satum immortale, quod est intellectus. ¶ Insania esset si demum miraremur harum rationum dementias, insufficientias, improbationes, ac demum conclusiones, quæ nunc naupactum prædatæ sunt, nunc verò pausilippum incesserunt: quo modo quælo non est mirandum, si rationes, Et Arist. loca, quæ immortalitatem animæ continuò vocitant, vir iste centum bouibus aliò detrahat? Equidem Themist. 1. de ani. 29. ad vinum rem tetigit, quod si vocabula vnum dicunt, & aliud expositores significare faciunt, vitiosum autho rem reddunt: & Auer. 2. de ani. c 33. verba nõ secundum quod superficietenus sonant intelligẽda sunt: supposito igitur quòd Arist. semper æternis hoc prædicatum diuini tradidit, prout superiori cap. clarè diximus, quando dicit Ar. quod substantia hominis, & natura est diuina, quæ est intellectus possibilis, sequitur scopum nostrum, quomodo postea est trahere montem, illum ex nobilitata temperamenti accedere, cum superiori contradicat, & infinitis argumẽtis illum creari defenderim, quod & Arist. in loco à te ducto, fatetur, cum dicat homo erectus est, quia eius natura, & substantia est diuina &c. tunc quando dicis huiusmodi rectitudinis figuræ hominis est calor multus purissimus cordis, igitur propter finem naturalem concedo: Sed finis est intellectus, dico quòd tu, vt solitus es, æquiuocas de fine, quia loqueris de materiali causa rectitudinis, igitur propter causam finalem est hoc, & hic finis est quia eius natura, & substantia est diuina, postea infers de fine hominis qui est intellectus creatus &c. ergo æquiuocas, & nil concludis, imò cum superius pateat diuinum tantùm æternis competere, sequitur animæ nostræ, ex verbis à te ductis, immortalitas. Igitur tua peruersissima opinio, nil veritatis obtinet, & sic ad tua argumenta in oppositum facta patent responsiones, & patebunt nunc primum ad alia.

Solutio ad 24. · Solutio ad 25. · Solutio ad 26. · Solutio ad 27. · Solutio ad 28.

SOLVTIONES RATIONVM Superadditarum. Cap. VII.

Solutio ad 29. VT finem imponamus, superest soluere alias rationes, ideo ad aliam, quæ est 29. in ordine, quæ habet duas partes. scilicet an intellectus non semper intelligat, & nunquid cũ sit coniũctus materiæ possit intelligere substantias abstractas. Pro prima, scias quod habitum est, quod anima id intelligit, quod sensus ministrat dum est in nostro corpore, & quia sensus corporei sunt, & relaxantur, propter hoc non semper intelligit, separata autem aliter, & semper intelliget, 2. scias quòd dicit in ethic. solus separatus, intelligit quo ad operationẽ, quia intellectus agens cognoscitur in ratione actus, 2. vt lumen, & sic non dicitur recipere, & sic magis videtur separatus agens, quàm possibilis non excludendo totaliter, sed ab æqualitate. Hinc est quòd Arist. quærit nunquid possit substantias abstractas intelligere? Pro quo nota; quòd per substãtias abstractas vel possumus intelligere proprias essentias intelligentiarũ, quæ à nulla scientia considerantur, nam illæ solum apud Theologos à beatis post mortem habentur, & in vita solum de Paulo fertur; & apud multos philosophos post copulationem intellectus agẽtis, quæ cognitio non acquiritur syllogismo, vt scientiæ speculatiuæ, de quibus dicitur 3. de ani. 36. vel intelligimus attributa, quæ per phantasmata eorum effectuum de ipsis colligimus, & ista considerare spectat ad artem, quæ illos effectus considerat, & phantasmata si sunt naturalia, & attributa, ad naturalem pertinent, si demum metaphysicalia, metaphysici erunt negotij. Dices 2. phy. 26. Auer. dicit quidditates separatorum solùm modò à metaphysico considerari. Dicatis clarè, quia propriũ est quidditati, vt proprior sit, & magis intrinseca rei cuius est quiditas, & quia prędicata quę considerat metaphysicus de separatis, sunt magis propria eis quæ considerat naturalis, meritò quidditates dicuntur quia magis proprię, non tamen sunt quiditates veræ, quia illę sunt ignotæ ab aliqua scientia, & ideo dicitur metaphysicum solum modò quiditates considerare, idest attributa magis propria. Ad punctum ergo habito quòd intellectus non potest intelligere nisi per phan-

phantasmata, cum sit in materia ergo &c. Dico quòd duplex est esse in materia, vel tanquã forma informans, constituens subiectum, & edu cta ab eius gremio, vel constituens subiectum, dans esse ipsi tantum: tunc dico quod intellectus est forma in materia secundo modo, nõ primo, sic nil sequitur, vt infinities diximus ¶ Ad aliam patet solutio per ea quæ diximus supra in responsione ad rationem 10. ¶ Ad aliam, dico quòd duplex est felicitas, altera hominis, & est speculatio, vt 1. ethic. 9. altera animæ, & est notitia intuitiua substãtiarum abstractarũ, & prima habetur in hac vita, secunda verò minimè, nisi ex priuilegio, sicut fuit illa Pauli in raptu, vt diximus, ad punctum dico quòd intellectus quamdiu tenetur in corpore, habet speculationem pro fine, qui non est verus finis suus, se paratus autem secundum finem possidebit Deo concedente. ¶ Ad aliam dico quòd mas præbet animam, idest semen in quo continetur anima sensitiua, quæ educitur de potentia materiæ expectans vlteriorem animam Dices ergo anima rationalis erit accidens homini: probatur sic, nulla forma non primò adueniens materiæ est forma substantialis, sed anima est forma nõ primo adueniens materiæ, ergo ipsa non est forma substantialis, maior probatur, nam materia appetit formam à qua possit perfici, hæc autem non est nisi substantialis, vnde non est susceptibilis accidentalis formæ, nisi secundum quod substat substãtiali: minor probatur eò quòd anima non aduenit nisi corpori organico, & organizatio corporis ponit speciem carnis, & ossis, & manus, & capitis, & huiusmodi quæ sunt formæ præcedentes animã in corpore. Dico quòd in corpore organico nulla est forma specifica ante animam, caro enim non est caro nisi per hoc quòd est medium in sensu tactus, similiter neruus non est neruus nisi per hoc quod est organum animæ influxiuis per ipsum corpori sensum, & motũ, sic vena non est vena nisi in quantum est organum nutritiuæ deportantis in ipsa sanguinem ad nutrimentum membrorum corporis, & sic dicimus de alijs membris similibus & dissimilibus. Potest responderi aliter fortasse clarius: ad maiorem nulla forma est substantialis, quæ non primo aduenit materiæ, conec do si illa forma receperit perfectionem ab illa materia, erit accidentalis, sin autem perfecerit ipsam erit substantialis, sicut clarè patet de anima nostra rationali. ¶ Ad aliam dico quòd licet homo fiat ex materia, quæ est æterna simpliciter, est tamen corruptibilis secundum partẽ. idest secundum quòd est à formis participata, & quando corrumpitur dignius dicitur subiectum, quod terminatum in generatione à formis, quæ ab eius sinu ducuntur corrumpitur, sic & homo corrumpitur. Dices intellectus termi nat generationem, ergo est corruptibilis. Nota quòd terminare generationem est dupliciter, vel intrinsecè, vel extrinsecè, tunc dico quòd intellectus terminat generationẽ extrinsecè, tũc sequeretur, quòd corrumperetur, quando terminaret generationem intrinsecè, sicut sensitiua, quæ generatur cum illo, cuius est forma, quia educitur de potentia materiæ, & sic quando corrumpitur forma terminans intrinsecè, substantialis transmutatio erit. ¶ Ad aliã dico quod duplex est forma, vna materialis, causata de potentia materiæ, & de ista loquitur 12. met. 17. alia immaterialis, separata, non causata à materia, quæ extrinsecus accedit, & ista nõ est simul cum composito, quod generatur, sed perpetua est, quam nos in hac Apologia intendimus. ¶ Ad aliam dico, quod non omnia, quæ considerantur à naturali sunt in materia, nam vt omnes concedunt, excepto Auicenna, contra quem digreditur Auer. 3. & 4. disput. destruc. quod ad philosophum naturalem de primo motore pertinet pertractare, nam via motus est certior ad inuestigandam naturam primi motoris, & tamen primus motor non est in magnitudine &c. vt 8. phy. per totum, & tamen consideratur à naturali vt principium motus, sic multa etiam considerantur, vel vt subiectũ, vel vt principium subiecti: ad punctũ ergo anima consideratur à naturali, ergo est in materia, dico quod non valet hoc, sed consideratur vt principium subiecti, modò quod consideratur à naturali vt subiectum est corruptibile, & intellectus, non est corpus, sed principium corporis. ¶ Ad locũ Arist. quod ea quæ remanẽt post dissolutionem compositi sunt elementa, & materia: dico quod Arist. loquitur de principijs, quæ remanent in omni dissolutione cuiusq; rei & ista appellat elementa, & materiam, sed anima rationalis non remanet in omni dissolutione, sed solũ remanet in dissolutione hominis. ¶ Circa aliam non oportet immorari, quia fatemur creationem, ideo tori illi quæstioni studeas, & pucla notabis. ¶ Ad aliam Dico quod non semper sequitur diuersæ operationes, ergo diuersa principia, & hoc probatur, nam sol illuminat, & calefacit, & patet quod sunt diuersæ operationes, nam calefacere est illud quod erat actu frigidum, & potentia calidum, vt actu efficiatur calidum, illuminatio autem est mediũ videndi rem non visum, & istæ sunt diuersæ operationes, & tamen vnum principium. Præterea opera animæ vegetatiuæ sunt tria, vt 2. de ani. 34. nutrire, augmentare, & diminuere, vt 2. de ani. & sunt diuersæ operationes, & tamen non habent diuersa principia. Præterea absentia nautæ est causa submersionis, præsentia autem cõtrarium effectum redundat, & sic clarè patet quòd non valet, differunt in intelligendo, ergo diuersi intellectus, & per ea quæ interius dicenda sunt, melius declarabitur hoc dubium. ¶ Ad aliam respondeo quòd mensurari tempore stat duobus modis, vno mo do quod mẽsuratur tempore

Marginalia: Solut. ad 30. — Solu. ad 31. — Solutio ad 32. — Solutio ad 33. — Solutio ad 34. — Solutio ad 35. — Solu. ad 36. — Solutio ad 37. — Solutio ad 38.

pore à parte ante, & à parte post, illud corrumpitur, quod autem mensuratur à parte ante, & non à parte post, & quod à parte post, & non à parte ante, illa corruptibilia esse non dicimus: tunc dico quòd intellectus mensuratur à parte ante, & non à parte post, & sic non corrumpitur, responsio est Auer. 4. phy. 120. Sed dices imò videtur totum oppositum, nam quicquid à parte ante, & à parte post non mensuratur tempore illud incorruptibile esse dicimus. Negatur hoc quòd non tantum de istis, sed etiam de eis quæ diximus, & hoc probatur, nam materia prima est in potentia ad suscipiendam formam sortis, & hæc potentia à parte ante non mensuratur tempore, quia fuit ab æterno, sed dum suscepit formam illam sortis, corrumpitur illa, & sic mensuratur tempore à parte post, non à parte ante. Inueniuntur etiam quæ sunt æterna à parte post, non autem à parte ante, & ponamus exemplum, corrumpatur hodie sortes, materia prima spoliatur illa forma sortis, nunquam iterum ipsam rehabere potest, ergo illa priuatio est æterna à parte post, quæ à parte ante non erat, hanc rationem accipite ab Auer. 1. cœli 120. quòd duplex reperitur potentia in materia remota, & propinqua, quarum vna est æterna à parte post, quæ à parte ante non erat, & è contra. Sed aliquis arguet contra hoc. Dixit enim Arist. in 8. phy. contra Platonem mundum esse æternum à parte post, ergo à parte ante. Dicas quod voluit Plato mundum esse genitum, eundemq; non corrumpi & arguit in hoc Plat. in 8. phy. qui dicebat, mundum esse genitum, quod .n. generatur corrumpitur 1. cœli 120. & 121. & 124. & quod est corruptibile de se, perpetuari non potest: His sic solutis respondeo ad punctum, omne quod mensuratur tempore corrumpitur, concedo à parte ante, & à parte post, non autem à parte post, & non à parte ante, nec à parte ante, & non à parte post, sed intellectus licet mensuretur tempore à parte ante, tamen à parte post non mensuratur, & sic non currit.

Solut. ad 39.

¶ Ad aliam Respondeo cum Arist. in sua mistica philosophia quòd aliquod moueri stat duobus modis, vno modò circumscriptiuè ad locú, & superficiem ipsum continentem, alio modò ad beatitudinis, & punitionis locum, nam si bonú operatus fuit ad beatitudinis locum tendit, si verò malum ad punitionis locum perget: Dicet aliquis istum motum nó cognouit Arist. si quidem omne quod mouetur est corpus, modo intellectus est forma. Dico quod quando d. Arist. 4. phy. omne quod mouetur est corpus, intelligit de motu circumscriptiuo. Quòd autem hoc sit ad aures Arist. probatur sic. Quando Arist. disputat contra aliquem in proprijs locis, & ponit opinionem illius, & illam non refutat, nec reprehendit illum circa illud, circa verò aliud illum reprehendit, de mente eius est: sed in primo phy. 32. disputat contra Democritum dicentem quod forma mouetur ad corpus mixtum, & hoc non negauit, nec contradixit ei in hoc, sed in aliud, ergo non negatur ab Arist. formam moueri, dicendum est ergo de mente Arist. formam moueri non posse, & non inconueniens quia ipsi non contradicit.

Solut. ad 40.

¶ Ad aliá concedo quòd non habemus post mortem nihil boni, vel mali, intelligit Arist. eorú quæ erant in vita, & hoc negat Arist. non autem ipsius intellectus, sic ad alium locum, quòd nó habemus felicitatem aliquam post mortem, intelligit de felicitate hominis in vita, non auté intellectus.

Ratio pro Immortalitate.

¶ Sed Pro confirmatione veræ nostræ opinionis, pono vnam rationem, quæ, núc scribendo solutiones supperit, recolo me vidisse Arist. in 1. ethic. 10. vbi facit hoc quæsitum, vtrum fælicitas, vel infælicitas viuentium attingat ad defunctos scilicet ad parentes suos, idest vtrum pater mortuus participet de fælicitate, & infælicitate filij & amicis Respondet quod si quod bonum, vel contrarium acciderit, exile quodam, & paruum id est, sed non quòd fælicitas, vel infælicitas parentis mortui, filios, vel amicos, fælices, vel infelices reddat, verba formalia Arist. habeo ex hoc, quòd si mens Arist. non esset animam esse immortalem, frustratorium esset quæsitum, & responsio.

Solut ad 41.

¶ Ad aliam dico, quod tunc aliquod dicitur infinitum, quod à parte ante, & post aliquid addi non potest, modo licet infinitæ animæ, & intellectus præcessere, tamé quotidie fit additio in eis, & sic non potest dici infinitum, nam infinitum est, cui nón potest fieri additio: Dices contra per te præcessere infinitæ animæ, & quotidie adduntur, ergo intellectus esset plurificatus, & quod est plurificatum est materiale, & per consequens corruptibilis, nam multitudo prouenit à materia, in 3. dist. in sol. 2. dub. & 12. met. vltimo multitudo principatus mala, vnus ergo princeps, quia esset materialis, vbi materia, ibi multitudo. in epit. met. Auer. Dicas quòd verum est, vbi plurificatio ibi materia, cum ipsa sit causa multitudinis, valet de eis, quæ sunt deducta ex eius potentia. Dices contra 8. phy. 44. si essent plures motores in cœlo, tunc essent materiales 12. met 44. Dico quòd si essent plures motores deducti ex potentia materiæ, tunc essent materiales: ad punctum quod plurificatur est materiale, concedo quod deducitur de potentia materiæ, modo intellectus creatur, & non deducitur de potentia materiæ.

Solut. ad 42.

¶ Ad aliam, vni naturæ vnicus est modus communicandi, sed intellectus &c. concedo nam intelligere intellectus suum opus proprium est ab q; phantasia dum est sine corpore, dú autem est in corpore non est sua propria operatio, sed est coniuncti hoc est Arist. 1. de ani. 66. & sic intellectus vnicum habet modum communicandi suum proprium.

Solut. ad 43.

¶ Mirum est profectò de magistro sequentis rationis: nisi intedat per illam arguere

contra

contra Themist. & commentatorē, patet quòd nullius sit efficaciæ, quoniam non semper à superabundanti debet denominatio proficisci, ni si vbi cætera fuerint paria, nam & Arist. dixit 1. de partibus cap. 5. res illas superiores, & si leuiter attingere possumus, tamen ob eius cognoscendi generis, excellentiam, amplius oblectamur, quàm cum hæc omnia nobis iuncta tenemus, Et Themist. 3. de ani. cap. 45 ait nō numero rerum quę sciuntur perfectio, aut præstantia corrogatur, sed pondere, nec plurima intelligit, id etiam pluris est, sed qui nobiliora, notioraq; nouerit, Et Arist. dixit quod sapiens non qui pluribus, sed qui sapientibus videtur, non ergo à multitudine semper debet proferri in dauominatione iudicium, nam & medici dicunt nouem esse complexiones, quatuor simplices, & quatuor compositas, & temperatutā, quę est in medio, & licet illa rara sit, quis tamē sapientum, non dixit illam esse perfectiorem, absolutiorem, & tanquam mensuram aliarum, & statuam Polycleti. Et naturales dicunt naturalem esse terræ dispositionem, vt sit in cētro, cùm tamen admodum paucę sint partes terræ; quę verè centrum attingant. Etiam Anaxagoras dicere consueuit, referente Arist. 10. ethic. cap. 10. sed non admirari similitudinem absurdum videretur, nam multitudo semper iudicat à rebus externis: quis, vsq; ad hæc tempora dixit hominem vetius vegetare, & sentire, quàm intelligere? nouerit sic arguens teste philosopho 10. ethic. hominem non esse hominē sensu, sed intellectu, & 2. de gen. ani. cap. 3. hominem prius viuere vita plantæ, & vita animalis, quàm vita hominis, & regula est tradita ab eodem in illis libris frequenter 10. met. quòd quæ sunt posteriora generatione, sunt priora perfectione: si igitur sunt veriora vegetatiuæ opera, & sensitiuæ, quàm intellectiuæ, verius ergo homo est planta, & brutum, quàm homo, & ista ratio videtur muniri fundamento aliquorum asserentium ens sensibile esse verum ens, quod omnibus antiquis philosophis patribus displicuit, imò etiam Parmenides, vt dicitur 4. phy. 41. dicebat entia esse sensibilia, & intelligibilia, & intelligibilia erant vera entia, sensibilia autem erant existimabilia, & ideo licet opera intellectus posteriora sint generatione, tamen sunt rariora, & pauci homines viuant vita intellectuali, non propter hoc derogat ab anima rationali potius non sortiri denominationem, cum illa sint propria sibi, quàm ex operationibus vegetatiuæ, & sensitiuæ, quæ sunt cōmunia plantis, & brutis, Et quis vnquam dixit potius à communi, quàm à proprio denominationem debere proficisci? Et de Platone fertur, quę, cum Diogenes Cynicus asseuerasset, quòd humana quidem ista videret, ideas verò nequaquam, respōdisse, cui mirum? oculos enim quibus ista videntur habes, mente verò non vteris, qua sola illa cernuntur. Quis non admiretur mirabilem intellectionis modum, eius ambitum, abstractionem, qua sola entibus perfectissimis assimilamur? nam si sapientibus credere fas est illud est verius, quod est primo vero propinquius, sed primum verum simpliciter Deus est 4. met. 2. & Auer. dicit quod causa est entitatis, & veritatis in omnibus, id autē intellectualis est vita 12. met. cum referente Auer. com. 36. de potentijs animæ non habent nisi virtutē desideratiuam, sola autem contemplatione vtimur, beatificamur, coniungimur Deo, referēte Arist. 10. ethic. cap. 10. quousque enim sa extendit cōtemplatio, eatenus & ipsa fælicitas: cum igitur veriora sint ista opera animæ intellectiuæ, quia verioribus appropinquant, & rariora, iuxta illud omnia pręclara rara, igitur non à communioribus, & vilioribus debet dēnominatio proficisci. ¶ Ad aliam dicimus nunquam auditum à seculo scientiam dici ignorantiam, cum ista sint opposita, & vnum oppositū nunquam prædicatur de altero. Vnde intellectus humanus, de rebus, de quibus habet scientiam certus, vt in mathematica, & in multis etiā alijs certus est, scientia etiam cum sit vniuersalium, non potest à virtute materiali cōprehēdi, & ista est ratio arguens immaterialitatem intellectus. ¶ Ad aliam, dicimus intellectum possibilem non corrumpi corruptione mediæ cellulæ, ni quò ad actum, qui ex phantasmate est, & si à nonnullis quæratur, quare non sit in actu alio dicamus, fortiores motus in anima semper debiliores excludere, quare cùm sensuum motus, & phantasiæ, in habentibus corruptum caput fortiores sint motibus intellectus interioribus, non ita deprehendunt motus intellectiuæ, vt aliquando in reuelatione, quæ veræ intelligentiæ sine phantasmate existentes in libro de somno, & vigilia ab Arist. vocantur, quare per quæ dicta sunt, si minus sequitur quòd destructo corpore destruatur anima, sicut destructa media cellula destruatur intellectus, sic minimè animam intellectiuam corruptibilem dicatur. ¶ Ad aliam dico quod non sequitur corpus esse incorruptibile, quia vitam ab anima recipit, quæ est incorruptibilis, quia licet anima ipsa, quæ est causa vitę sit incorruptibilis, tamē corpus, quod vitam recipit, est transmutationis subiectū, ideo à dispositione recedit, qua aptū natum est ad vitam recipiendum, quapropter homines in corruptionem necesse est venire quare consequentia illa non sequitur, ergo anima humana non semper manet, quia manet vt dixi. ¶ Ad aliā dico quòd esse sequitur formā ideo esse comparatur ad formam, sicut per se insequens ipsam; non sicut effectus comparatur ad agentis virtutem, vt exemplo loquamur, patet. 8. de motu, qui virtute mouentis sequitur, tunc ad rationē quando dicunt ipsi aliquid mouetur tempore infinito, virtutis infinitatem demon-

Solut. ad 44.

Solut. ad 45.

Solut. ad 46.

Solut. ad 47.

demonſtrat, tamen hac de re, quòd aliquid poſ
ſet eſſe tempore infinito, infinitatem formæ,
per quam aliquod eſt, non demonſtrat, vt hoc
certius appareat, ponamus exemplū, nam dua
litas ſemper eſt per, non tamen hac de re ipſiua
infinitatam oſtendit, nac à ſimili, hoc quod ali
quid eſt tempore infinito, illius, qui cauſa eſſen
di eſt, infinitam virtutem demonſtrat, quare nō
valet ſi anima habet virtutem durandi tempo-
ra infinito, quòd eius virtus ſequatur eſſe infini
ta, ſicut non valet hæc, habeo virtutem haben-
di aliquod, ergo habeo illud, & ſic ad Ariſt. di-
citur quòd licet, illæ duæ ſint, non tamen de
nominant, quia non ſunt propriæ, ſed ſolum
intelligere. ¶ Ad aliam Dico quòd id ſequere
tur, quòd diuerſorum generum eſſent ſecundū
naturalem generis conſiderationem, ſi anima
humana, & iumentorum per ſe in genere repo
nerentur, & ſic corruptibile, & incorruptibi-
le, nec eſſe in genere differrent, & certum eſt
animam ipſam non eſſe in genere, ſicut ſpeties,
ſed ſicut ſpetiei pars, eò quòd materia, & for-
ma, non per ſe ſunt in prædicamento ſubſtan-
tiæ, ſed per reductionem per primam ſubſtan-
tiam, ſed tam compoſitū, cuius pars eſt anima
humana, quàm id, cuius pars anima eſt iumen
torū corruptibile eſt, propter hoc non prohibet
eſſe vnius generis, hoc tamen modo conſiderā
do: ſed aa de re animam eſſe corruptibilem 12.
met. 36. deductio qualis optima, intelligit de
nobis pro hoc ſtatu, idem dixit ptima. ethic.
quòd pro nunc non ſumus felices ſimpliciter,
pro hoc ſtatu: ſed ſecundū quid. ¶ Ad aliā dico
animam eſſe per ſe ſubſiſtentē, nec valet quod
dicunt, quod ſi per ſe ſubſiſtēs eſſet, quod eſſet
in genere collocata, vel in ſpetie, & licet ſit hoc
aliquid, & per ſe exiſtens, non per ſe habet ſpe-
tiei complementum, nec eſt hoc aliquid, ſicut
ſubſtantia completa, habens ſpetiem, cum ſit
ſpetiei pars, quę ſpeties, completā ſpetiē habet:
nec valet, non eſt in genere, vel in ſpetie, ergo
non eſt per ſe exiſtens, quia eſt per ſe exiſtens,
vt pars habens ſpetiem completam. ¶ Ad aliā
negatur maior, eò quòd nō omne quod deſtrui
tur, per ſuæ formæ ſubſtantialis deſtructionē
deſtruitur, quia homo deſtruitur per ſuæ for-
mæ ſubſtantialis à corruptione ſeparationem,
& Ariſt. ibi intelligendus eſt de formis, quæ nō
ſunt ſubſtantiæ per ſe exiſtentes, anima autem
per ſe eſt exiſtens, vt ſupra dictum. ¶ Ad aliam
dico, quòd aliqua forma poteſt habere in mate
ria determinatas diſpoſitiones, vel ſimpliciter,
vel ſecundū quid: ſimpliciter, & ſic corrumpi-
tur forma illis diſpoſitionib⁹ corruptis, & hæc
eſt quęlibet forma deducta de potētia materiæ
quia requirit determinatas diſpoſitiones in ma
teria, anima autē intellectiua has determinatas
diſpoſitiones ſimpliciter non requirit, eò quod
poteſt eſſe ſine materia, & eius diſpoſitionibus
vt poſt eius à corpore ſeparationē patet: vel nō
ſimpliciter vt ſit, ſed vt ſit tantum in materia, &
ſic dico animam illas requirere, in quantum
requirit eſſe in materia, & hoc modo ipſas di-
ſpoſitiones requirere, nō tollit eius immorta-
tē. ¶ Ad aliā dico quòd eſt violenta (& poſt ſe
parationē habet nobilius eſſe) inquantum pri-
uamur perfectione ſua, quæ ab vnoquoq; appe
titur, quare nō ſequitur illam eſſe corruptibilē.
¶ Ad aliam dico quòd eſt ſophiſma figuræ di-
ctionis mutatur. n. magis in quomodo, & è cō
tra: Ad rē dico, quòd intellectus non eſt abſtra
ctior, aut ſeparatior ſubſtantia animæ intellecti
uæ. ſed eſt alio modo abſtractus à corpore, quā
illa, ſubſtantia. n. intellectiua eſt ſeparata, ſepa
ratione dependentiæ ſubſtantialis in eſſendo,
& hoc ex ſe, intellectus autem ſeparatus eſt ſe
paratione actuationis, ſed omnis ſeparatio in-
tellectus. ſ. ſecundum non actuationem, & ſecū
dum independentiam oritur ex illa ſimplici ſe
paratione animæ, quę in ſe immaterialiter ſub
ſiſtens, poteſt per ſe ſolam operari. ¶ Ad aliam
negatur animam intellectiuam ſequi eſſe quo
quomodo figuratam, & conceditur quod ſubie
ctum figuræ eſt homo compoſitus ex materia,
& ſola anima intellectiua, ſed homo, nec ani-
ma, nec materia eſt etiā ſimul ſumpta; ſicut ba
ſyllaba, nec eſt b. nec a. nec. b. & a: ſed ba: Di
cō etiam quod anima intellectiua, quia virtua
liter continet quicquid poſſunt formæ præam-
bulæ, facit formaliter quicquid illæ facerent,
retenta ſimplicitate, & indiuiſibilitate ſua, &
hoc ex ſua eminentia, commune ſiquidem eſt
ſuperioribus formis præambularum opera emi
nentius facere: Vnde non eſt mirandum ſi ani-
ma intellectiua poſtrema omnium, perficiat
omnium opera, & quantum eſt ſigulatū faciat
abſq; ſui diuiſione, & imperfectione, vt bene
D. Tho. prima parte ſum. quæſt. 76. ar. 4. &
quæſt. 10. de anima & nos quoq; ſuperius de
clarauimus. ¶ Ad aliam negatur conſequētia,
ad hoc enim quod aliquod compoſitum intel-
ligat, non ſufficit compoſitum ex anima intel-
lectiua, & corpore; ſed oportet addere ex cor-
pore per ſe, primo perfectibili, ſeu proportio-
nato animæ intellectiuæ, tale autem non eſt ma
nus, ſed ſolum hoc compoſitum, quod ſignifi-
cat homo: ¶ Ad aliam, negatur conſequentia,
quia anima intellectiua nō mouetur etiam per
accidens ad motum partis corporis, quamuis
etiam moueatur per accidens, ad motum totius
corporis in quo eſt, verum nota quod mouetur
per accidens diffinitiuè, quia eſt in loco tantum
diffinitiuè, & ideo non mouetur per accidens
localiter, niſi ad motum eius, in quo eſt diffini
tiuè: & anima ipſa ad nullam ſuam partē, ſed
tantummodo ad totū corpus comparatur diffi
nitiuè, quia eſſe diffinitiuè, eſt eſſe ita hic, quod
non alibi, & ideo anima nec mouetur, nec quie
ſcit per accidens per partes corporis. ¶ Ad aliā
Dico quod vnio formæ cum materia ſumitur

Solut. ad 48. *Solut. ad 49.* *Solut. ad 50.* *Solut. ad 51.* *Solut. ad 52.* *Solut. ad 53.* *Solut. ad 54.* *Solut. ad 55.* *Solut. ad 56.* *Solut. ad 57.*

formaliter, & sic est relatio, & fundamentaliter, & sic non significat vnam rem simplicem, vt argumentum supponere videtur, sed significat materiam esse actualiter sub forma, & formam informare materiam, hæc autem importát manifestè ipsas causas materialem, & formalem, vnde hæc vnio nil est mediú inter formam, & materiam, sed dicit vtrumq; simul, & dicit compositum resultans, quod in substátijs est substantia, quæ corrumpitur, in accidentibus verò est accidens, cum ergo dicitur vnio animæ ad corpus, non est substantia, nec accidens, dicitur, quod vnio fundamentalis, de qua est sermo, est substantia non vna, sed duæ concurrentes simul in vnam substantiam compositam tertiam ex illis constantem, cuius est generari, & corrumpi, non enim oportet quærere quomodo ex anima, & corpore fiat vnum, sicut nec ex cera, & figura, sed oportet bene ab Auer. & Platone, & alijs, quomodo fiat vnum.

Solut. ad 58. ¶ Ad aliam dico quòd illa consequentia tenet in subsistentibus, & substentatis, ita quod existentibus tribus, quorú primum substinet secúdú, & secundum tertiú, bene sequitur tertiú est in secundo, ergo in primo, sed si tertium substinetur in secundo, secundum autem non substineatur in primo, quamuis sit in ipso primo, non tamen sequitur tertium est in secundo, ergo in primo, quia potest esse in secundo, & nó substentetur á primo, Et sic intelligere, & intellectus est in anima intellectiua, & substinetur ab illa, ipsa autem anima licet sit in corpore, non substinetur á corpore, quia independens est secundum esse ab illo. Dices saltem per accidens intelligere erit in corpore, Dico, ex 8. phy. 52. vbi animam cœli conceditur moueri per accidens, non quia ad ipsam per accidens perueniat motus, sed quia motum ab ea, mouetur ad motum alterius, hac igitur ratione intelligere per accidens est in corpore, non quia ex se in corpore perueniat ad ipsum intellectum, & intelligere per accidens, sed quia id, in quo est participatur á corpore.

Solut. ad 59. ¶ Ad authoritates Arist. ad primam concedo quòd immortalitas est impossibilium de immortalitate compositorum ex materia, & forma, non autem de immortalitate intellectus, vt dicit ibi Ar. ft.

Solut. ad 60. ¶ Ad aliam dico quòd homo non corrumpitur formaliter 7. met. 21. forma hominis est homo vno modo, aliomodo non; Dices Arist. dicit in echonomica quod per propagationes fiumus æterni, ergo non per intellectum, Dico quòd sumus æterni per progationes quantùm ad indiuidua, dicebat Auer. 2. de ani. 34. videns naturá omnia corrumpi, misertá est quod non potuit perpetuari indiuiduis, perpetuari in specie, & ideo Arist. ibi loquitur quò ad indiuidua non quo ad animá.

Solut. ad 61. ¶ Ad aliam Hyppocratis, dico quod ibi vocat mentem animalem virtutem sitam in organo, & hæc non coagregat nisi per accidens scilicet in quantùm á morbo sensum impedit influere, sicut accidit in cancro, vbi frigiditas malanchoniæ intercipit sensum, ita quòd locus efficitur insensibilis, quod autẽ mens ægrotet per accidens patet per Arist. 1. de ani. 65. quòd si senex accipiat oculum iuuenis, videbit vt iuuenis.

Solut. ad 62. ¶ Ad Galenú dicimus quod ipse dixit in libello illo intitulato, quod mores animi, temperiem corporis insequitur, inquit confiteor me ignorare substantiam animæ rationalis scilicet quid nam sit, vnde Gale. est de ipsa dubius quandoq; enim vnum, quandoque verò aliud dicit, quia aliquando dixit quòd est calor innatus, aliquando dixit esse temperaturam, quæ fuit opinio Democriti, vt dixit Ar. 1. de ani. quandoq; dixit se nescire, vnde, vt sciatis Gale. ignorauit principia philosophiæ, cum dixit quòd principium substantiæ erat accidens, dixit enim quòd est temperatura quæ est accidens, & secundùm ipsum anima rationalis, quæ est accidens, erat principium substantiæ, quòd est falsum apud Arist. in pluribus locis, & 7 met. 4. substantia præcedit accidens, hæc obiter: locus ergo Gale. nil valet, nec eius authoritas ad hoc propositum.

Solut. ad 63. et 64. ¶ Ad authoritates scripturæ sacræ dicimus Salomonem locutum fuisse in persona stultorú, & ideo loquitur ibi concionando, & postea semper dicit id esse vanitatem.

Solut. ad 65. ¶ Etiam potest dici quòd Salomó loquebatur in persona impiorum, vel scite licet, secundum angelicum doctoré Aquinatem sumentes, quod quando dicimus vnus est interitus hominum, & iumentorum, verum est quantum ad compositi corruptionem, quæ quidem est vtrobiq; per separationem animæ á corpore, licet in hominibus post separationé humana anima maneat, iumentorum verò minimé, sed corrúpitur, & quòd sit verú genesi. 1. fertur, vbi, quantum ad bruta animalia dicitur producat terra animam viuentem, quantú verò ad hominem dicit spirauit animam in ipso & ecclesiastes vlt. donec reuertatur puluis in terram suam vnde erat, & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.

Solut. ad 66. ¶ Ad vltimam dico quòd licet anima habet virtutem vt sit semper, non tamen illam virtutem semper habuit, quare non oportet quòd semper fuerit, sed vt in futurum nunquam deficiat, qua de re, non sequitur quod nó habeat esse post nó esse, nec quod sit contra fidem: Hæ sunt, harum rationum solutiones, quæ, vt vides omnem contradictionem expellunt, omneq; difficultatem.

INTELLE-

INTELLECTVS, DVM A CORPORE SEPARATVR, quem locum petat, & qua motus spetie moueatur. Cap. VI.

Videndvm est modò, quem locum petat, intellectus dum à corpore separatur, & quà motus spetie moueatur, Et primo arguit Arist. in 3. libro suæ philosophiæ misticæ cap. 7. contra tenentes animæ caducitatem (nec formidandum est, quòd ille liber sit Aristot. siquidem probatum est supra per tot rationes, & authoritates tantorum virorum, quibus est adhibenda fides, illum esse suum) dicit quod intellectus est separabilis, & probat tali pacto, habet enim operationes inorganicas, neq; alicui particulæ corporis est affixus, & non est vt sensus, qui alicui parti affixi sunt, vt olfatus inseparabilis est ab vna corporis particula, sic, & visus, & cæteri separari non possunt, vt patet 2. de ani. 11. nihil prohibet aliquas partes separari, eò quòd alicuius corporis non sunt actus: tunc sic, quælibet virtus, quæ est affixa organo est inseparabilis, sed intellectus non est virtus affixa organo, ergo est separabilis, secundum argumentum erat, si intellectus esset inseparabilis, tunc non contrariaretur omnibus operibus corporis quod est falsum, & probatur, nam corpus tendit in vnum, forma verò in aliud, sed quando aliquod est forma alicuius, tunc obedit illi, cui est forma, sed intellectus aduersatur corpori, ergo non potest esse forma corporis, hoc dicebat Arist. 1. ethic. 18. & 3. de ani. sensus vult vnum contrarium, intellectus, & ratio reliquum, intellectus enim corpus corrigit, ergo est separabilis, nam si non esset separabilis, túc vtiq; corpori non obediret, sed oppositum videmus. Erat tertia ratio, ipse intellectus intelligit substantias abstractas, ergo substantia intellectus est abstracta, & hoc probatur, detur oppositum, sequeretur quòd esset non abstracta, & corporalis, & intelligere, quod est eius operatio, esset abstractum, & tunc sequeretur quòd operatio esset nobilior sua substantia, operatio enim ab essentia sua procedit, melius ergo dicendum animam esse separbilem. Secundo quærit Arist. loco citato, quòd anima, cum hoc locó visa est misericordia, opere pretium est, vt locum habeat, dicebat Arist. 1. ethic. 13. anima ipsa remanet fælix, & hoc in causa, quia habet locum felicem, vel infelicem, & sic huic obiectioni respondet Arist. in 1. lib. suæ philosophiæ misticæ cap. 4. & 5. quòd anima aut exit munda, vel immunda, si immunda, tunc in loco infimo habitabit, in quo potest à vitio purgari, quo purgato, ad orbem supremum ascédere potest: si verò munda, statim exit ad locú supremum, qui est locus beatorum, & hoc pro eorum meritis, quoniam cùm Deus benedictus sit perfectissimus motor, perfectissimum locum habere debet, nam locus debet esse proportionatus locato 1. de cœlo 16. quanto aliquòd magis approximatur primo mobili, tátò nobilius est & 8. phy. in fine dixit Deum benedictum esse in octaua sphera. Sed dicet aliquis in quo loco octauæ spheræ, & quæ est eius determinata pars? Respondet Auer. & Arist. in 2. de cœlo 14. quòd vbi est initium motus, ibi est Deus, sed in oriente est principium motus, ergo ibi est Deus benedictus. Sed dicet aliquis quid faciunt ibi animæ? Dicas quòd non amplius hæc inferiora, & caduca intelligere, nam despiciunt ista post excarcerationem animæ à corpore, sed intelligút se, & hoc faciendo intelligunt Deum benedictum, & hoc est eorú meritum scilicet contemplatio summi opificis, & dicit Ar. & Auer. etiam 3. de ani. 36. felicitas hominis est cú cognitione substátiarú abstrac: quia intelligit se, & cum sit causatus à Deo intelligendo se intelligit Deum benedictum, qui est causa sua, & intelligit Deum mediante intellectu agente, quo mediante venit ad perfectionem cognitionis Dei, & hoc quia in intellectu agente relucet forma Dei Præterea diceret aliquis, & bene quando intellectus mouetur, & separatur à nobis, & petit locum sursum, quẽ motum facit? nam si ad orbem supremum, tunc vtiq; felicitatur, siquidem Deum contemplari potest, si verò non petit locum sursum infelicitatur, siquidem priuatur intellectione Dei, & sic quando separatur anima à corpore, mouetur motu locali æquiuoco. Et pro declaratione istius motus localis æquiuocè dicti, habes scire quòd omne quod mouetur ab aliquo loco, ad alium, tunc localiter mouetur, & quòd aliquod localiter moueatur, duas requirit conditiones scilicet quod moueatur de loco ad locú, & quòd ille motus sit cum tempore, dico de motu vniuocè, & propriè dicto v. g. quando lapis descendit mouetur de loco ad locum, & mouetur cum tempore, & hoc quia transit per medium, & per aerem, qui est graue respectu leuium, & leue respectu grauium, vt testatur Auer. 3. cœli 28. nam quando descendit graue, inuenit medium leue, & quando ascendit leue, inuenit medium graue, & sic graue, & leue valdè militant inter se, licet aliter dicat Scotus dando aliam solutionem; tunc est verus motus, quá do mouens, & motum habent proportionem inter se, modò medium cum anima ipsa nullá habet proportionem, & ideo est motus æquiuocè dictus, ideo dicit quod non incóuenit quòd aliquod nó sit corpus, & moueatur æquiuocè. Tamen ergo ita dicerem, & respondeo ad pun

ctum argumenti, intellectus motu locali mouetur ergo cum tempore. Dicas quod non mouetur motu proprio, qui quidem est cum tempore, sed motu æquiuoco nam intellectus mouetur per aerem, qui est grauis, & leuis respectu diuersorum, intellectus verò non est grauis neque leuis, & sic medium non repugnantiam facit, vt possit moueri cùm tẽpore: Dices, omne quòd mouetur 7.phy. ab aliquo mouetur à quo ergo mouetur intellectus? Rñdet Ar. loco citato, quòd non mouetur, nisi præcipiente Deo, nã si mala opera exercitus fuerit, ad luendũ pœnas, Deus illos mouet, si verò bona, tunc vtiq; ad benemeritum, & sic dico quòd intellectus mouetur à mouente, qui est Deus benedictus, qui est princeps vt omnia moueantur. Et sic postquam mens nostra erat ambigua de Immortalitate Animæ, nunc remanet animus sedatus, & quietus, ideo estote sapientes, vt ait Ar. 7. phy. 20. sedando, & quiescendo anima fit prudens, estote ergo prudentiores nunc quòd habuistis animæ æternitatem, Sed dices si est æterna, ergo est vna numero: Hanc digressionem nunc Deo fauente incipimus.

DIGRESSIO VTRVM INTELLECTVS SIT VNVS, VEL MVLTIPLICATVS CONTRA AVERROEM,

Iacobi Antonij Martæ Philosophi Neapolitani.

EXPLETA quæstione dè Animæ Immortalitate, sequitur dubitatio an sit vna, vel multiplicata: siquidem si est æterna, sequitur de necessitate quòd sit vna numero: quæstio admodum est difficilis, & tantæ difficultatis, vt doctores nõ sint concordes, sed quia Auerroes acerrimè tractat, & falsum tenet: ideo hoc vobis propono, & vt ipsis satisfaciam accipio intellectum, & animam rationalem pro vno, & eodem, & quæro an anima sit vna in omnibus hominibus & loquor vt philosophus, & demõstrabo quòd est erronea in philosophia, & siquis hoc negabit, nec christianæ, nec alicui erit legi subditus, tollerentur enim præmia, & mali, & boni premiarentur, & omnes mores tollerentur, Preterea sumitur vnũ numero vt distinguitur cõtra vnum spetie, nã vnum numero vt est principium numeri sumitur, vt ego vnus numero sum à te, non sic accipio ego hic, sed quæro an intellectus sit vnus numero, & specie, vt sol, & luna, sumendo vnitatem numeralẽ pro vnitate specifica, vt patet 10. met. 5. vnum, & ens sunt vnum ens, accipio vnũ numero idest vnũ ens quod sit in omnibus hominibus commune reale. Præterea intellectus multis modis capitur, vno modo pro intellectu agente, cuius officium est abstrahere idest formas particulares reddere vniuersales, de quo intellectu non est sermo noster, vt 3. de ani. 17. alio modo sumitur intellectus pro intellectu possibili, & materiali, nam dicitur possibilis, quia habet naturam potentiæ, vt ex Auer. in com. 5. patet, dicitur materialis, quia recipit formas materiales, & abstractas: alius est intellectus speculatiuus, qui formas abstractas, & vniuersales speculatur, alius est intellectus passibilis, seu passiuus, & est cogitatiua, nam ideo dicitur passibilis, vel passiuus, quia patitur, & corrumpitur, alio modo dicitur intellectus adeptus, & dicitur adeptus, quia intellectus possibilis adeptus est intellectum agentem, eumque accepit pro sua forma, per quem intelligit omnia, & non mediante phantasia, & imaginatione, vt d. Auer. in fine com. 5. erit ergo quæstio nostra, vtrum intellectus, qui vocatur possibilis, & materialis qui coincidit cum anima rationali, vt dixi quia est forma hominis, vt d. Ar. 9 ethic. 9. & 10. ethic. 8. intellectus est actus, & princeps hominis Hæc de titulo.

OPINIO AVERROIS

Capur I.

AVERROIS dicit quòd intellectus est vnus numero, quia est abstractus, nam in abstractis à materia, necesse est, vt plura non inueniantur, & dicebat Arist. 7. met. 49. si plures essent cœli, tunc vtique essent materiales, nam dicebat Auer. 7. disput. destruct. sol. 2. dub. causa pluralitatis est materia, & vnitatis est forma, igitur quæ multa sunt, per materiam multiplicata sunt, tunc sic, si intellectus esset multiplicatus esset materialis, nam quæcunque numero differunt, materia differunt, sed intellectus sunt multiplicati, ergo differunt numero, & quæ numero differunt, materia differunt, igitur intellectus esset materialis, & dicebat Ar. 5. meth. cap. de eodem illa diuersantur numero, quorum materia non est eadem, & illa non diuersantur, quorum materia est eadem, sed per te intellectus diuersificantur numero, ergo differunt in materia, & per consequens sunt materiales, & per consequens corruptibiles, & 12. met. si plures essēt motores, essent materiales. Hæc est sententia Auer. quam fortificando, adducit suas rationes, & prima est ista. ¶ Si intellectus possibilis esset numeratus ad numerationem indiuiduorū sequeretur quòd esset singularis, consequentia probatur, quia numeratur ad numerationem hominum, sed sunt homines singulares, ergo intellectus erit singularis, nam omne quod possidetur a re singulari est singularis: Præterea si intellectus esset singularis, aut esset corpus, aut virtus in corpore, quia omne singulare aut corpus, aut corporeū, & per consequens non æternus: sed quis diceret, hæc consequentia non sequitur, nam cœlum est corpus, & tamen est æternū: dico quòd, nos loquimur de corporibus, quæ sunt infra lunam, quæ omnia sunt ex elementorum mixtione composita, & per consequens non æterna.

1. Ratio Auer.

¶ Et si intellectus esset singularis, singulare est potentia intellectum, intellectus est singularis per te, ergo intellectus est potentia intellectū, & habet intentionem possibilis intelligi, sicut leo, & capra, habent enim in potentia vt sint intellecta, hoc stante, intellectus qui erat possibilis intelligi intelligatur in actu, de necessitate sequitur hoc, nam sicut non repugnat alicui habere potantiā, eidem nō repugnat habere actū, sed intellectus per te est singularis; & non repugnat habere potentiā vt intelligatur, eidem nō repugnat vt sit actus, cum sit potentia intelligibilis, & si esset hoc, sequeretur quòd idem esset intelligens, & intellectum, mouens, & motum, recipiens, & receptum, quod idem esset in actu, & in potentia quæ quantum incōmoda sunt ī philosophia naturali, omnibus patet. Sed dicet aliquis quòd non repugnat intellectui intelligere semetipsum, vt d. Arist. 3. de ani. 8. tunc intellectus intelligit se cum singula factus est: Respondeo quòd est valdè incommodum, hoc præsuppositū, quòd sit singularis, quia nullo modo singulare intelligit semet ipsum, nisi accidentaliter, sed vt vniuersale, & abstractum, non inconueuit vt spirituale est, dicebat Auer. 2. cœli 17. omne habens actionem in se est spirituale, & non corporeum, neque particulare, & sic vt spirituale intelligit seipsum non autem vt particulare, quia sic est materiale, & nullum materiale recipit semetipsum, & sic Auer. incommoda militant.

2. Ratio.

¶ Amplius si intellectus vt singulare est reciperet semet ipsum oportet esse vnā potentiā diuersā ab intelligibili: sed potētia diuersa ab intellectu est potentia sensitiua, sequeretur quod esset potentia sensitiua, dico vt particulare est: Præterea si intellectus esset singularis, & esset potētia diuersa ab intelligibili, sequeretur quòd idē esset lapis in anima, & extra animam, probatur, nam esse lapidis extra animam est esse singulare, sed intellectus per te est singularis, ergo intellectus recipitur in intellectu, vt est extra animam cùm sit particularis, ego singulariter recipitur probo, nam omne quod recipitur, recipitur per modum recipiētis, sed intellectus est particularis, ergo singulariter recipit.

3. Ratio.

¶ Præterea suppono vnum, quòd quę subiecto differūt, & numero differunt, & quæ in talibus fundantur subiectis, quia vnumquodque est in recipiente, per modum recipientis, vt albedo in cigno, & in niue, substantia eorum numero differunt, ergo, & albedo, quæ manet in ambobus numero differunt: tunc sic, sit vna intentio in intellectu Socratis eademque erit in intellectu Platonis, sed subiecta eorum numero differunt, ergo & intentiones numero differunt, tunc sic si intellectus in me, & in te numeratur, ego & formæ rei intellectæ à te, & à me, quæ sunt ī intellectu tuo, & meo, numero sunt duæ, sed à duabus formis numero diuersis potest colligi intentio cōmunis, & forma vniuersalis, sed ista species abstracta vniuersalis à te, & à me est alia hac ratione propter aliū, & alium intellectū in te, & in me, & per consequens de illis duabus vniuersalibus poterit alia cōmunis abstrahi, & sic in infinitum.

4. ratio.

¶ Præterea ait Au. si alius esset intellectus in me, & in te, si causari debet doctrina ab vno intellectu in alio oportet vt fiat per aliquod principium actiuum in causando scientiam ipsi discipulo, admodum, quo ignis generat ignē, in spetie sibi simili, sed hoc est impossibile quia est ens reale ergo &c. Hæc est opinio Auerrois, & eius rationes.

5. Ratio.

CONFVTATIO HVIVS MALEDICTAE POSITIONIS. Cap. II.

1. Ratio D. Tho. PRIMO adduco rationes D. Tho. probantes animam eſſe multiplicatam cum fuerit æterna vt declaratum eſt. ¶ Quando operationes alicuius principij differunt numero, tunc principiũ faciens illas operationes eſt differens numero, ſed intelligere eſt multiplicatum numero, ergo & intellectus: *Euaſio.* Reſpondet D. Thom. pro Auer. quòd intelligere eſt numeratum ad numerationem phantaſmatum, non ad numerationem ſubiecti. *Impugnatio.* Contra aut iſtud intelligere eſt reſpectu ſubiecti, & tũc idem ſubiectum ſit numero actus intelligendi in me, & in te, & ſequitur quòd ſit idem intelligere in me, & in te, aut numeratur reſpectu phantaſmatum, & obiectorum, & tũc ponatur quòd tu, & ego, & mille homines intelligeremus idem obiectum ſecundum ſpetiem, puta hominem, aut equum cum igitur phantaſma hominis, aut equi, vt eſt obiectum intellectus ſit vniuerſale quoddam, & per conſequens vnum, ſequitur quod idem eſt intelligere in me, & in te, & in mille hominibus, & ſic intelligere non eſt reſpectu phantaſmatum diuerſum. *2. Ratio D. Tho.* ¶ Præterea ſubiectum habitus ſcientifici habet vnum ſubiectum, quod eſt intellectus poſſibilis, & certum eſt quod grammatica eſt ſubiecta in ſubiecto, vt puta in intellectu poſſibili, & non in imaginatiua, quia non eſt ſubiectum ſcientiæ, ſcientia enim eſt concluſio demonſtrationum, vt 1. poſt. & hę ſunt vniuerſales, & non poſſunt eſſe in viſenſitiua, quia tantum cognoſcunt intentiones particulares: remanet quòd ſcientia eſt in intellectu poſſibili: tunc arguo ſic, ſubiectũ ſcientiæ, eſt intellectus poſſibilis: ſed ſi intellectus eſt vnus numero per te, ergo grammatica eſt vna numero in omnibus, & non eſt diuerſa reſpectu phantaſiæ, ſed reſpectu intellectus.

3. Ratio D. Tho. ¶ Tertio arguit D. Tho. quádo eſt agens æternum, recipiens æternum, vel patiens eternum, factum debet eſſe æternum, & ab æterno non exiſtens in aliquo nouo, & cum tempore facto, & hoc vide ab Auer. 3. de ani. 20. & 8. phy. mobile æternum, motor eternus, ergo motus æternus, ergo intelligere eſt æternum: ſed ſi eſſet nouũ à phantaſmatibus, ſequeretur quòd aliquod æternum, dependeret ab aliquo de nouo factum. melius ergo eſt dicere intelligere eſt de nouo factum, quia intellectus eſt de nouo factus. *4. Ratio Heruei.* ¶ Præterea arguit Herueus cõtra Auer. & ſupponit quædam, ſcilicet quòd anima intellectiua ſit forma ſubſtantialis hominis, cũ igitur homo eſt homo per intellectum, tanquam per principium intrinſecum, vt principiũ formale ipſius: arguit tali pacto: multiplicatis principiatis oportet principia intrinſeca multiplicari, nam multiplicatis domibus, multiplicantur & lapides, qui conſtituunt domum, ſed homines multiplicantur numero igitur multiplicatur principium, quod eſt intellectus cum ſit principium formale. *5. Ratio Heruei.* ¶ Secundò arguit Herueus ſupponendo vnum impoſſibile quòd in eodem ſubiecto numero in eſſe in eod em tempore minimè poſſunt duæ opiniones contrariæ: ſecundum ſuppoſitũ quòd ſcientia eſt in intellectu poſſibili, tanquã in ſubiecto, & nullo modo poteſt eſſe in potentia phantaſtica; vt patet in ante prædicamentis, ſcientia eſt in anima, & 1. de ani. 24. ſubiectum ſciẽtiæ eſt intellectus: tunc ſic, ſi intellectus eſſet vnus numero in omnibus hominibus, cum de aliqua re ſint opiniones contrariæ, & oppoſitæ, vt mundũ eſſe æternum, & non æternum, animam eſſe corruptibilem, & incorruptibilem, quæ omnia ſunt in anima, ergo anima recipit duo contraria, & non valet reſpõſio Auer. quòd opiniones ſunt contrariæ reſpectu cogitatiuæ, quia ſcientia eſt in intellectu poſſibili, vt probatum eſt. *Euaſio Bacch.* ¶ Io. Bacchonius dicit quod fallit ſecundum argumẽtũ quòd facit pro ſua opinione, quod vult quòd duo contraria non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto de mente Ariſt. & arguit tali pacto, illud quod reperitur in potentia organica ſenſitiua, vt puta in viſu: nam poſſunt eſſe duæ contrariæ viſiones ſimul nam aliquando ſimul in vna ſuperficie eodem intuitu videmus album, & nigrum, etiam in medio, & in organo aliquando ſimul ſunt contrariæ ſpetie: vt dicit Auer. de ſenſu, & ſenſato 3. ergo à maiori hoc poteſt eſſe in intellectu: Præterea ait Ariſt. 6. met. vltimo quod in anima contingit quod ſint ſimul duo contraria: & ad anthoritatem Ariſt. reſpõdet quod duo contraria nõ poſſunt eſſe ſimul, & ſemel, vt in poſt prædicam: valet de contrarijs realibus non poſſe eſſe in eodem ſubiecto, modo colores in oculo recipiuntur ſpiritualiter: ſed dicet quis, quare non ſic ſe habet in intellectu, ſicuti in corpore: Reſpõdeo quòd ideo non poſſunt eſſe in anima duo contraria, quia hęc eſt natura contrariorum, vt 1. phy. patet, vt vnum expellat reliquum, adueniente albedine, nigredo corrumpitur, & è contra: modo in intellectu vnum contrarium non expellit reliquum, vt Auer. 6. met. 6. contrariæ opiniones in anima, non agunt inter ſe, quia actio eſt reſpectu materiæ, nam in corpore ſemper vnũ eſt vincẽs, reliquum verò aboletur; quia agũt inter ſe, ſed in anima, non eſt huiuſmodi: & ideo dicit Io. Bacchonius ratio ſecunda Heruei nõ valet. *Defenſio Heruei.* ¶ Sed iſta impugnatio cõtra Herueũ, nulla eſt: quia vult Herueus quòd duæ opiniones contrariæ, non ſunt in eodem intellectu, ita quod

quòd idem intellectus ambas affirmet, & hoc non potest esse quòd idem intellectus ambas affirmet, bene verum est quod intellectus ambas cognoscit, sed ambas non affirmat, & hoc dicit Herueus est impossibile, si bene consideren tur eius verba. ¶ Respondet Auer. ad rationes Heruei, concedendo quod ad multiplicationẽ principiatorum principia multiplicantur, ad multiplicationem cogitatiuæ, quia multæ sunt cogitatiuæ. ¶ Contra hoc est quod pluries supra diximus quod intellectus est principium hominis non autem cogitatiua vt ex Arist. sex centis locis patuit, ergo adhuc stat sua ratio.

Sol. ad 1 Rat. Heruei. *Replica.*

¶ Ad aliud respondet quod intellectus recipit contrarias opiniones mediantibus phantasmatibus, quæ quidem sunt multiplicata. ¶ Nec hoc est verum, & probatur multis rationibus: & primo vellem sci re phantasmata sunt potentia intellecta, an actu intellecta, si actu intellecta, ergo non faciunt diuersitatẽ, nam effectus habet causam immediatam, nam intelligere diuersum est quod est actu intellectum, & quæ nõ sunt actu intellecta non faciunt differre, & phãtasmata sunt potentia, & non mouent, & actus est qui separat, & distinguit: secundo phantasma non cognoscitur ab intellectu, cùm est potentia, quomodo ergo facit differentiam potẽtia, & intellectus: tertio ista phantasmata sunt diuersa per te, causant ne diuersa vniuersalia, vtiq; sic, vt fateris, contra vniuersala non numeratur: si idem, ergo idem actus, & eadẽ potentia, & intelligere vnum, si dices quòd sunt causæ remotæ, ergo non faciunt diuersitatem, sic non potest esse diuersitas à phantasmatibus. Præterea aut hæc phantasmata sunt causa diuersitatis antequam intelligantur, aut cum intelliguntur: Si dicis antequam intelliguntur, hoc non, nam actus intelligendi diuersificatur ab obiecto intellecto vt patet in com. 5. si quando est, & cum intelligentia sunt, dico quòd tunc non multiplicantur, nam vniuersale factum est vnum 1. met. 40. & est diuersum in me, & in te, & sicut diuersa gustabilia non causant diuersitatem actuum gustandi, si lingua non gustaret, sic si non intelliguntur phantasmata ab intellectu, non diuersificarentur actus intelligendi, ergo &c. Præterea actus intelligendi depen det ex obiecto intellecto, & potentia intellectiua; sed obiectum actu intellectum est vnũ per te: & potentia vna, ergo vnus actus, & sic quã do ego intelligo Petrus quoq; intelligit quòd est falsum: sequitur quoq; quod diuersitas intel ligendi diuersa non causatur à phãtasmatibus, vt exactius infra dicemus. ¶ Præterea contra eõ clusionem principalem arguit Io. Bacchunus, (vt nil intactum remaneat) tali pacto, & primo arguit contra illud dictum Auer. quod intellectus vniatur nobis cum mediantibus phantasmatibus, & ipsa operatio, quæ est intelligere veré attribueretur cuilibet homini, per hoc quòd illa virtualis ratio nobiscum copulatur, præter hoc quòd informaretur, ad daret esse homini, & quòd hoc sit falsum probat, & dicit quòd non est ratio, quod intellectus vniatur nobiscum sub ratione qua phantasmata, sed sub ratione qua forma, quia si esset hoc, vniretur in nobis quando esset actus vt phãtasietur quod est falsum, & probatur, nam 2. de ani. phylosophus probat animam esse actũ corporis. i. per fectionẽ, & formã corporis, & certũ est quòd intelligit de actu primo informante, & quòd hoc sit verum probatur, nam in eodẽ loco probat Arist. animam sensitiuam esse formam hominis, quia illud, quo sentimus, viuimus, & vegetamus est actus corporis, sed mediante anima viuimus &c. ergo anima est actus corporis: & actus sumitur pro forma ibi: sed principiũ, quo intelligimus est anima intellectiua, ergo est actus, & forma corporis, ergo primo vt forma nobiscum aduenit, postea vt speculetur.

Sol. ad 2 Rat. Heruei. *Replica.* *6. Ratio. Bacch.*

¶ Præterea dico quod semper operatio secunda includit primã: & propter hoc nescio quo pacto possit substineri, quod intelligentia non det esse orbi, cum moueat eum, nam operatio mouendi non attribuitur ipsi cœlo, sed intelligentijs, & sic est actus primus, qui est forma, & ideo Arist. in 2. de ani. 24. dicit quòd viuere sumitur duobus modis, vno modo vt habet rationem formæ, & sic patet quod non vnitur nobis mediantibus phantasmatibus, sed primo per se, vt forma, & per consequens vt det esse corpori, postea vt intelligat, & hoc est clarum ex Arist. 2. de ani. 6. vbi dicit prior est scientia, deinde contemplatio illius scientiæ, nam primo homo est homo, post modum ratiocinatur, ergo male dixit Auer. quòd vnitur per phantasmata. ¶ Præterea Arist. 12. met. venatus est numerum intelligentiarum ex numero orbium qui mouentur, & rationabiliter possumus ponere in cœlo motorem, & motum, & possumus dicere quod est motus in cælo, respectu alicuius principij intrinseci: hoc stante, arguit id quod dat motum, differt ab eo, quod recipit motum, vt patet 5. phy. 17. quod mouens se habet vt forma, quod vero id recipit, vt materia, sed cælum mouetur, ergo habet motorem, qui est intelligentia, sed id quod mouet est forma, & quod mouetur materia, & forma dat esse, sed intellectus cum sit actus corporis, & moueat corpus, cum sit eius principiũ intrinsecum, vt 2. phy. patet, ergo intellectus est forma primo, & per se, hoc probatur, nam omne quod dat actum secundum dat actũ primum, vegetatiua dat nutriri, nam dat vt augumentetur mediante tali secunda operatione, & dat esse ipsi, à quo dependet talis operatio, totum argumentum est Arist. in 2. de ani. intellectus dat intelligere, sed intelligere ẽ actus secundus, ergo dat actum primum, qui quidẽ est forma. ¶ Præterea sicut per Auer. rai corrupti-

7. Ratio. *8. Ratio.* *9. Ratio.*

ruptibili, quam forma immaterialis ipsam informat, valdè repugnat, dico quòd accipitur secundùm partem materialem, ita vt materialis, & vt animatum solum animæ sensitiuę repugnat operatio materialis, sed tu dicis quod ista operatio immaterialis, quæ est intelligere attribuitur homini, vt 3. de ani. com. 20. dicit enim quod homo constituitur in spetie hominis per istam nobilissimam sensitiuam, quæ est cogitatiua, & tamen in hoc 5. com. 3. de ani. per copulationem intellectus cum cogitatiua ipse verè intelligit, ergo eadem ratione licet homo sit materialis, poterit intellectus copulari cum eo sicut forma informans. ¶ Præterea videmus in puero, qui habet intellectum, & tamen non habet operationem, & vis videre hoc nam illa puer, aut est homo, aut non: non dicendum quòd non est homo, nam habet formam hominis, sed ibi intellectus non operatur, ergo non coniungitur, mediantibus phātasmatibus, sed non est dicandum quòd intellectus manest in puero absq; ratione, siquidem Deus, & natura nihil frustra faciunt, ergo necessario est dicēdum in puero, iudando ei esse, nam reponit in diuiduum in esse hominis, eiq; dat esse. ¶ Præterea arguitur, quando aliqua duo sic se habēt secundum ordinem essentialem, concedens secundum inesse alicui, & præcedens, debet cōcedere illi in esse v. g. siquis concedit animam alicui in esse, oportet pro firmo tenere esse ei formam essentialem, sic enim est ordo essentialis: sed virtus, & operatio habent ordinem essentialem, igitur concadens quòd intellectus dat sorti operationem intelligendi, cū sit eius perfectio, oportet de necessario cōcedere, quod idem sit forma perficiens sortem. ¶ Præterea quando dicit Auer. quod si intellectus esset numeratus ad numerationem subiectorum, tūc forma immateriali, esset materialis, & singularis dicit Bacchonus, quod aliqua forma materialis, quæ numeratur ad numerationem subiectorum non repugnat, verum aliquā formā esse in aliquo stat duobus modis, vno modo, quod illa forma educatur è potentia materiæ, alio modo quando non deducitur, tunc respondet quod non est impossibilis, quod aliqua forma immaterialis sit forma materiæ, quando ex potentia eius educitur: conclusiones istas reperietis in Arist. in 16. de animalibus, vel 2. de gen. ani. cap. 3. impossibile est quod vegetatiua, & sensitiua sint deforis, quia communicāt operatione cum corpore, intellectiua autem nō cum deforis accedat. ¶ Arguamus nunc quæ solo opinionem Auerrois, rationibus nostris, & hic eligatur veritas Aristotelica, primo arguo sic logicè: & accipio hoc nomen hominis, vel intelligere humanum, quod est species, & probatur, nam illa est species, quæ prędicatur de pluribus differentibus, sed intelligere humanū prædicatur de intelligere sortis, & Platonis, & aliorum numero differentium, ergo intelligere humanum est species, tunc suppono aliud quod dicit Arist. 2. phy. cap de causis, particularis effectus, ergo particularis causa, vniuersalis effectus, & vniuersalis causa, sed intelligere humanum est causa vniuersalis, ergo debet habere causam vniuersalem, sed intelligere est effectus vniuersalis specificus, ergo habet causam vniuersalem specificam, non erit alia causa nisi intellectus, qui erit vnus spetie, sed species prædicatur de pluribus differentibus numero scilicet de intellectu sortis, & Platonis &c. ergo intellectus isti differunt numero, ergo est multiplicatus. ¶ Præterea quæro à te Auer. qua de causa forma naturalis non est vna numero, idest quare ista forma, quæ est in te, non est eadem numero cum forma, quæ est in alio, exemplum est de cogitatiua, quare mea differt numero à tua, diceret Au. quia cogitatiua mea est in vna materia, scilicet cerebro meo, tua verò in alia scilicet cerebro tuo, & sic materia est causa quod cogitatiuæ, & formæ diuersantur, tunc sic intellectus meus est in cogitatiua mea & intellectus tuus est in cogitatiua tua, quæ diuersantur penes materiam, sed quæ diuersantur penes materiam non sunt eadem numero, ergo intellectus non sunt idem numero, & dicebat Arist. 5. met. 12. ea, quorum materia est eadem, illa sunt eadem numero, sed materiæ intellectus sunt diuersæ, ergo intellectus sunt diuersi numero, sicuti albedo, quæ est in cigno vel calce, niue, sunt distinctæ numero, quia materia distincta numero, & si materia istorum esset eadem, tunc vtique essent istæ albedines non distinctæ numero, sic ad propositum intellectus meus differt à tuo penes materiam, ergo numero differunt siquidem differūt penes materiam nam dicebat Auer. 1. cœli 92. cum dico cœlum dico formam, cum dico hoc cœlum dico materiam, idest particulare cœlū, concludamus ergo quod quæcunq; sunt vnū spetie sunt plures numero, sed intellectus est vnus spetia, ergo intellectus sunt plures numero, nec valat responsio Auer. quod intellectus est vnus in se, tamen est diuersificatus respectu materiæ, nam diuarsitas materiæ sumitur à diuersitate formarum, sed intellectus est forma hominis, sed particulares homines numero sūt distincti, ergo & intellectus siquidem differūt panes materiam quæ materia est causa pluralitatis, vt 2. de ani. & 1. de genarat. & cor. dicebat enim Arist. in 7. met. 28. sortes & callias differunt penas materiam, &c. 1. met. 40. dualitas prouenit à materia, & sic patet qualiter fallit Auer. in hoc dicendo quod intellectus est vnus numero respectu sui, licet sit diuersus respectu materiæ, nam diuersitas alicuius rai est quòd materia est diuersa, nam illa sunt vnum numero, quorum materia est eadem, modo intellectus non habent eandem materiam, & sic intelle-

Marginalia: 10. Rat. — 11. Rat. — 12. Rat. — Rationes propria ex quib' eligitur ueritas peripatetica, & sensata.

intellectus est vnus spetie, & diuersus numero. ¶ Sed diceret aliquis pro Auer. si intellectus esset vniuersalis sine materia esset vniuersalis per essentiam, quia illud vniuersale, quod est vnum spetie, & plora numero est factum ab intellectu agente, nam intellectus agens facit vniuersalitatem in rebus, & sic intellectus esset factus ab intellectu agente, quod est falsum, & sic intellectus esset vniuersale per essentiam, si quidem Deus inquantum forma abstracta a materia est vniuersale, & sic datur vnum in spetie, quod sit vnum in numero, vt sol, luna, & alia. ¶ Respondeo vt habet Auer. in capit. de per se, & 5. met. 12. quòd aliquando vnum in numero est vnum in spetie, est vnum in numero, inquantum non reperiuntur plura indiuidua nam vniuersale est illud, vt patet 2. perther. quod est aptum natum prædicari de pluribus, & est vniuersale in quantum abstractum: tunc dico aliud quòd duplex est vniuersale, vel abstractum, vel per essentiam, quando d. intellectus agens facit vniuersale, concedo quòd facit vniuersale de generabilibus, & corruptibilibus, vt 3. de anima 19. & in proemio met. vniuersalia sunt difficillima ad cognoscendum, & hæc sunt quæ non sunt facta ope intellectus primo de cœlo 92. subiectum vniuersalitatis est forma, & quælibet forma est apta nata prædicari de pluribus, & ly prædicari de pluribus est respectu materiæ, modò in cœlo non est materia, & ideo nō est prædicatio de pluribus, quia si essent particularia, tunc vtique esset prædicatio de pluribus, vt lib. de som. & vigil. Au. intelligentia est vniuersalis, & est particularis inquantum applicatur aliquibus particularibus, & fit particularis 12. met. 49. si plures essent primi cœli, tunc vtique essent materiales, & essent vnum in spetie, & plures in numero, modo in hominibus nō sic se habet, quia intellectus est vnus in spetie, & homines plures numero, & sic intellectus sunt diuersi numero, & est multiplex, quia homines sunt multiplices, & tunc esset vnus numero intellectus quando vnus particularis homo esset. ¶ Præterea arguitur, vt habet ipse met. in destr. sol. 3. dub. & 12. met. 10. contra christianos: si intellectus per te est vnus numero, & pluribus hominibus communicatur, non potest esse quod sit vna substantia, & pluribus communis, vt 7. met. 41. Arist. recitando opinionem Platonis si vna esset substantia omnibus indiuiduis, tunc non differrent numero. ¶ Præterea nascatur sortes, & certum est quod nascitur, a quo accipitur iste intellectus? non à Deo per te, sed dicis quod vnitur per phantasmata, contra (& est iterum reiectum) si vniretur per phantasma d. tunc vniretur mihi cū habeo præsentia phantasmata, ergo cùm non habeo phantasmata, non habeo intellectum, & cū non semper sint phantasmata, non semper erit intellectus, & sic esset opinio pythagoræ, quòd millies in die essem homo, & non homo. ¶ Præterea homo non esset intelligens per principium formale, & non esset homo per intellectum, sed per cogitatiuam, si per intellectum ab extrinseco dantem operationē, sic ab extrinseco esset homo. ¶ Amplius suppono vnum quod omnis operatio intelligentiæ 9. met. 16. est duplex, vel transiens, vel immanens, & est intelligere, intellectus per te o Auer. est vna intelligentia: quero qua operatione vnitur, an immanente, vel transeunte, dico vel motu, vel intellectione: si motu, ergo intellectus mouetur, & motus est in corpore, & parte corporis, & intellectus nec corpus est, nec pars corporis, & si mouetur, non esset æternus, & intellectus non mouetur nec per se, nec per accidens: nec intellectione, nā si vniretur intellectione cogitatiua tunc cogitatiua reciperet intellectionem hanc, & si intelligeret vniuersale, intelligeret particulare, ergo nullo modo vnitur vt intelligentia. ¶ Amplius possibilia intellectus est vna intelligentia, & vnitur per phantasma d. Au. & est vt materia respectu phantasmatum, agens vero est vt abstrahens hæc phantasmata, possibilis intellectus, est æternus, & phantasma corruptibile, quero an imaginabile sit, vt perfectum, & æternum habeat mediū imperfectum corruptibile vniendi? ¶ Præterea intellectus est materia respectu phantasmatum, quō potest esse, vt corruptibilia sit materia æterna, dices quòd vt illustratum est, vniuersale, & non corruptibile dico quod tunc non est phantasma & sic phantasma non esset medium, & non potest esse vt motor sit corruptibile, & materia æterna. s. intellectus possibilis. ¶ Vltra non possum imaginari quod sit vna numero substantia, & non sit operatio vna numero. ¶ Amplius si intellectus esset intelligentia, vnde est quod non intelligit vt intelligentia nam primo est intelligentia, deinde vnitur mihi, & tibi, & vbi declarauit modum intelligendi huius intelligentiæ philosophus, quare ergo philosophus non declarauit, cùm esse intelligentiam primo, & per se cō petat, quàm vniri nobis. ¶ Præterea intellectus possibilis est vna intelligentia, & non pars constitutiua, qn̄ moritur sortes, quid remanet de sorte, intellectus permanet, qui non est forma sua, sua forma corrumpitur, non intelligere, quia corrumpitur phantasma, & intellectus nō est substantia sua, ergo nil remanet, ergo tu non ponis æternitatem animæ. ¶ Præterea quando sortes generatur, non dat esse sorti, & in eodem instanti fit vt moriatur Franciscus & sic in eodem instanti est ingressus, & regressus. ¶ Vltra quando homo est homo, an quando illi est cogitatiua, an quando vnitur intellectus, si primo modo, tunc homo esset homo per sensum, & nō haberet vt differat ab alijs intel-

lectu, vt tu dixiſti 12. met. 38. & 10. ethic. 9. & 3. de ani. 1. quod eſt falſum. ¶ Et ſequeretur quòd non eſſet generatio, nec corruptio hominis, ſed ſegregatio, nam generatio eſt ad eſſe, & homo eſt cùm agregatur intellectus cogitatiuæ: ſic congregatio eſſet. ¶ Præterea ſi eſſet vnus intellectus, non poſſemus euitare reminiſcentiã Platonis, quod non vnitur vt tabella, & primo ſuppono quòd ĩtellectus eſt æternus, & vniuerſale, hoc ſtante arguo, omnia intelligibilia ſunt æterna, & vniuerſale eſt æternum, ergo quando vnitur nobis, vnitur penes vniuerſale: Reſpondent quòd phantasmata corrumpuntur, ideo corrumpitur vniuerſale mihi, & tibi, & ſic cùm non habeo phantasmata, nec vniuerſale: Hæc reſponſio nulla eſt, nam philoſophus d. quòd ſpetie ſunt æterna, & hic, & ille corrumpitur, & ſic ſemper eſt vniuerſale, & ſi hoc, & illud corrumpitur phantasma, & ſic ſemper intellectus eſt plenus vniuerſali, & ſic cùm vnitur venit plenus illo vniuerſali, & ſic venit plenus ſcientijs, & ſic ſcire eſſet reminiſci. ¶ Vltra ſi corrumpitur phantasma, etiam eſt vniuerſale, nam eſt intelligentia, & phantasmata non faciunt ſcientiã, ſed ſunt principia vniuerſalis, vt patet primo phy. com. 5. ſic non veniret intellectus vt tabella. ¶ Et confirmo. volo vt per infinitũ tempus ante, homo intellexit vniuerſale capræ quæro, aut hoc vniuerſale, quod modo ego intelligo eſt illud met, quod intellexit ille, aut non, ſi ſic, ergo reminiſceret illius vniuerſalis, & ille met ĩtellectus vniretur mihi, dices, quòd eſt aliud vniuerſale, contra, ergo duo vniuerſalia numero differentia, quod eſt contra Ariſt. primo met. 40. & ſi duo vniuerſalia, ergo materialia, & ſingularia, & ſic poſſet ab his duobus abſtrahi vniuerſale aliud, ſic in infinitum: ſi dices quòd eſt diuerſum propter phantasmata, hoc non valet, illud enim eſt æternum, & ſic vniuerſalia illa eſſent materialia &c. ¶ Amplius 2. poſte. vltimo, & 6. ethic. 3. in anima ſunt paſſiones, habitus, & tales habitus dicit Ariſt. non connaſcuntur, nam turpe eſt naſci cum his habitibus, & non cognoſcere, & acquiruntur experimentis multis, & experiẽtia facit artem, & ars habitum: tunc arguo, ſi intellectus eſſet vnus, quãdo ſeparatur à forte deperduntur, ne vniuerſalia an non, dices ſunt vniuerſalia aliter intellectus ille non intelligeret, dices vniuerſale per phantasmata corrumpitur hoc non nam ſemper eſt vniuerſale, ergo cùm intellectus ſit æternus, quandoque eſt plenus hoc vniuerſali, & cum venit Platoni, venit indutus his principijs, ergo non acquiruntur, cõtra Ariſt. locis dictis. ¶ Vltra ſi intellectus poſſibilis eſſet vna intelligentia, tueret tota philoſophia, nam primo intelligeret ſe, quàm alia ſicut omnes intelligentiæ & 3. de ani. 8. intellectus ſe intelligit cùm ſingula factus eſt. ¶ Et neſcio quomodo ſaluaret quòd intelligentia intelligat hæc materialia, nam vileſceret, & tu etiam tenes quòd intellectus agens non intelligit ea quæ ſunt hic, cùm etiam ſit vna intelligentia, ſic vtique eſſet de intellectu poſſibili. ¶ Rurſus intelligentia inferior primo intelligit ſuperiorem, quàm hæc inferiora 12. met. 44. nam intelligit ſuam perfectionem intelligendo ſuperiorem, hoc idem d. 4. tract. ſummæ met. cap. 2 ſi intellectus poſſibilis eſſet intelligentia primo intelligeret ſuperiorẽ, quàm hæc inferiora. ¶ Vltra vellem ſcire intellectus hic vnitur cogitatiuæ, aut vt intelligat ſingulare, aut vt adiuuetur à cogitatiua, aut vt adiuuet cogitatiuam in ſui operatione: ſi vt adiuuetur, eſt falſum, vt æterna ſubſtantia adiuuetur à corruptibili, & non vnitur ad effectum per accidens vt intelligat ſingularia, nam intellectus, vt intellectus nõ intelligit per ſe ſingularia, ſi dicis, vt perficiat cogitatiuam, hoc non, nam hoc non poteſt dare, nã habet cognoſcere vniuerſale, & non poteſt facere, vt alia potentia cognoſcat ſingularia cũ ipſa non intelligat, ergo non ſic vnitur, & ideo tenemus quòd intellectus non ſit intelligentia, ſed forma, vel potentia animæ, nam intellectus eſt facultas animæ, vt D. Tho. prima p. ſummæ quæſt. 76. & 2 contra gentes 83. & 84 & pluries: patet ergo quòd intellectus ſit multiplicatus ad multiplicationem indiuiduorum & in hoc non eſt ambigendum.

SOLVVNTVR RATIONES AVERROIS. Cap. III.

HIs itaque ſic conſtitutis, animum hominis multiplicatum fore, & per creationem vt ſuperiori quæſtione latius probauimus, quia iã dictis aduerſantur rationes Auer. ductæ cap. 1. huius digreſſionis, operepretium eſt ipſas ſoluere: & primo ſoluamus fundamentũ eius opinionis 9. ſ. vbi multitudo, ibi materia 12. met. 49. vt bene ſoluit D. Tho. primo deus & intelligentiæ differũt ab aĩa nſa, nam illi ſunt puri actus, & deus nõ eget aliquo modo intelligẽtiarum nec phantasmate, nec vt moueat eget corpore, ſic nec intelligẽtia: dices nõ mouet ſine orbe, dico quòd non eget orbe vt parte, & homo, vt moueat eget corpore vt parte ſua, tamen orbes ſunt vt inſtrumentum intelligentiæ, nam ſunt viui de ſe primo cœli 95. ſic orbes non habent vitam ab intelligentia: vt ego ab aĩa mea ſum viuus, & ſi intelligẽtia eſſet pars, moueref ad moui orbis d. D. Tho. ex hoc tridet quod ibi

loqui-

loquitur de deo, & intelligentijs, quæ non habent materiam hec ex qua, nec in qua, vt anima nostra quæ habet materiam in qua, dices intelligentia etiam habet materiam in qua dico, quòd hæc materia non est pars intelligentiæ: ad punctum illa quæ habent materiam ex qua sunt multiplicata, sicut non est anima rationalis, quæ creata habet materiam in qua. Dicitur secundo quòd animæ multiplicantur per habitudines diuersas ad corpora, sed hæc responsio patitur quod dicebat Scotus, nulla relatio facit diuersitatem realem in absoluto, nam prius est anima quàm habeat respectum, sed dicunt quòd hæc habitudo est idem cũ anima: contra tunc anima nõ multiplicaretur hac habitudine: sed melius videtur hæc responsio decisiua, quòd multa sunt, quæ habent causam multitudinis à natura intrinseca, & alia sunt ex materia, multa autem habent causam multitudinis ex natura extrinseca vt ab agente, & producente, quod est extrinsecũ, sicut animę multiplicãtur à creante, & à producente. ¶ Tunc respondeo ad primam concedendo totũ, quòd intellectus est numeratus, & singularis, sed quãdo dicit si sic, aut esset corpus, aut virtus in corpore, concedo si illa virtus singularis esset deducta de potentia materiæ, sicut non est intellectus. ¶ Ad aliam est responsio ipsius met Auer. in 8. phy. & 2. cæli 87. quòd non incõuenit in spiritualibus, vt idem sit mouens, & motum, contra si intellectus reciperet semetipsum, cùm omne recipiens sit denudatũ à natura recepti, tunc intellectus esset denudatus à seipso: respondeo quòd hoc valet in corporalibus, non in spiritualibus: contra 2. de anima 67. d quòd hæc regula valet tam in immaterialibus, quàm in materialibus, respondeo quòd valet in spiritualibus sensitiuis, non autẽ in intellectiuis, vt 2. de anima t 21. si sensus reciperet cum materia, tunc res idem esse haberet in anima, & extra animam. ¶ Ad aliam rationem negatur consequentia, sensus enim recipit particulariter, tamen recipit esse lapidis, & quando d. Auer. quòd si intellectus esset singularis, reciperet singulariter, & non vniuersaliter: respondetur quod aliquod singulare recipi in intellectu stat dupliciter, vno modo in essendo, alio modo in representando, tunc dico quòd illud, quod recipitur in intellectu est singulare in essendo, tamen in representando est vniuersale, quoniam est receptiuum illorũ quorum representat, sicut sol est quodam particulare, tamen, est vniuersale, quia totus mũdus recipit suum lumen. & sic ad punctum argumenti, & est responsio ipsius met Auer. 3. de ani. vbi d. intellectus agens facit vniuersalitatem in rebus, & sic formas quas recipit sunt vniuersales lumine intellectus agentis saltem in representando, sed omnes species in intellectu sunt singulares in essendo. ¶ Ad aliam dico, quòd idem sequitur, si ponitur intellectus in me, & in te, dummodò quòd intellectus in me, & in te, copuletur, alias species habeat sicut Au. ponit. & sic ab illis possit abstrahi vna intentio communis, & sic dico ad punctũ, quòd si Auer. locutus fuerit de intentionibus multiplicatis indiuidualibus, de quibus imaginatus est quòd alia est in intellectu tuo, & meo singulari, & sic licet illæ species sint singulares in essendo, sunt tamen ope intellectus agentis vniuersales in representando, & sic sunt abstractæ, & sic non oportet iterum abstrahi, & in infinitum procedi. ¶ Ad vltimam dico quòd sua probatio non valet, nam probat per opinionem Platonis, qui posuit intellectum nostrum habere scientiam omnium, & nostrum scire esse reminisci, cuius contrarium habemus in 3. de ani. 14. quòd intellectus est sicut tabula nuda, in qua nil depictum apparet, & scire nostrum, quod est in potentia fit aliud, quod est in actu, & scire præceptoris, & discipuli est eiusdem speciei, & non numero. His sic solutis concludendũ est vt perbellè Bacchonus noster quòd hæc opinio Auer. non est vera in philosophia, nam illa est falsa in philosophia, quæ rationibus philosophicis solui potest, sed hæ rationes Au. principijs philosophiæ solutæ sunt, ergo hæc opinio est omnino falsa: & quòd sic falsa videas ipsum in fine commenti 3 de ani. post quàm recitauit opiniones Alexandri, Auẽpace, & Abuhaber, & aliorum, quærit de isto maximo difficili, quo modo potest esse quòd aliquod abstractũ dicitur in aliquo esse, & ideo videtur mihi scribere, & dicere, quod si hoc, quod visum est mihi non fuerit complementum, tamen erit principium complementi, & ideo rogo vos fratres videntes hoc scriptũ scribere suas dubitationes, & forte per illud quod vidi, dubitationes aliarum inueni, verùm in hec si verum inueni: ecce esseruit non habere veritatem in hoc, sed fortè principium complementi veritatis si inueni verum, vt fingo, & significanter dicit vt fingo, & rationabiliter finxit huiusmodi opinionẽ: Hæc Bacchonus quoque refert. At verò lector studiose, eò iam, ut vides, reuersi sumus, vnde principium facientes fuimus progressi: siquis autem non legens omnia nostra scripta, à prora ad puppim, vel non intelligens, & reprehenderit ea, tunc constat ex odio eam reprehendere, vel ex ignorantia, & ego talium hominum parùm curo reprehensiones, cùm hæc sit humani ingenij conditio, vt quòd vnus probat, alteri displiceat: Quòd nisi eadem iterum recensere velimus, fas est, modum hic, atque finem faciamus. Deo Gratias.

Solut. ad 1. *Solut. ad 2.* *Solut. ad 3.* *Solut. ad 4.* *Solut. ad 5.*

AMBROSII TERTII POTINIANENSIS DE ERVDITISS. IAC. ANT. MARTÆ PHILOS. NEAPOLIT.

Apologia Carmen.

QVAE steterant obscura chao, confusaque cunctis
Hic clarent, lucent lucidiora die
MARTÆ animæ nodos lacerat celeberrimè Apollo
Ceu nouus, & facilè dura aperire docet.
Gloria parthenopes, splendor lux iste futurus,
Omnia quæ vidit scripsit Aristoteles.
Omnia gargareo hic fundit tibi lucida cornu
Indorum gemmis ditior esse potes,
Nec tua priscorum tardent sic seria nugæ,
Hoc tantùm exiguo codice doctus eris.
Non tot opes habuit Crassus, diuesq́ Lucillus
Non tot Pactolus, tartareusq́ Deus:
Ergo leui lector pretio tibi suscipe librum,
Imò thesauros, ambrosiasq́ comas.

EXCELLENTI VIRO SALVATORI ALPHANO SAPIENTISSIMO LEGVM INTERPRETI

IACOBVS ANTONIVS MARTA S. P. D.

C Vm clarissimorum virorum praeconio, maximarumque virtutum tuarũ splendor (prudentissime Alphane) non modò inclytam parthenopem impleuerit, sed per vniuersam Italiam longè lateque fulgeat, nemo est, quin amplitudinem tuam admiretur, veneretur, quàm maximè diligat, tantùm non adoret: Assurgendum pariter esse cunctis hominibus, vt reuereatur, & colant diuinam propè sapientiam tuam, singularem prudentiam, & charitatem in tuos clientes, in tanta temporum calamitate puritatem, & heroicam fortitudinem, qua cunctas animi perturbationes, interdiu, noctuque contra rationem insurgentes vicisti, in rebus omnibus nunquam satis laudatum modum, studiũ erga virtutis studiosos omnes, & praecipuè literatos viros, quos assiduè honoribus euehis liberalissimè iuuas, & foues. Hac cum diu animo perpenderem, ac mea mecum mente reuoluerem, cùm pulcherrimas istas quaestiones, ex florentissimo, amaenissimoque philosophia viridario de promptas de speciebus intelligibilibus, et an detur sensus agens, haud adhũc diem exactè tractatas, Domini Simonis Portij viri alioqui profundissimi, quotidie flagrantibus amicis, quibus ego negare nil possum, in lucem editurus sim, statim patronus tu ei occurristi, cui offerrem, & consecrarem, vt honorificentius in hominum manus versarentur: Cùm enim multi sint in hac almo Neapolitano Gymnasio, qui nasum habent Rhinocerotis, ac doctissimos quosque viros carpere, & vellicare student; Ego etiam pessimè ab illis audliturus essem, si me tuo patrocinio, tutatus antea non fuissem: nam cùm libellus hic noster à te doctissimo, clarissimoque viro, & non solùm vtriusque iurisdictatore seuerissimo, sed vtriusque philosophiae peritissimo (vti spero) laudatus, & approbatus fuerit, tacebunt postea zoili, nos nasutique homines suo manum ori apponent: A doctis verò omnibus, ijsdem ingenuis viris commendabitur multò magis, & exosculabitur: tanti refert, si opera, quae quispiam emissurus est in vulgus, grauissimi alicuius, sapientissimique viri, qualis es tu, authoritate communiat. Te igitur oro (& si amplitudo ingenuę humanitatis tuę mihi probè nota patitur obsecro) vt solita humanitate, qua in te micare videtur, hilari animo, libellum hunc, licet paruum; & exiguum, sed à magno animo profectum suscipias, & foueas, & si patrocinio tuo, non indignum iudicaueris, authoritate tua etiam, atque etiam tuere, quòd te facturum, non est quod dubitem: abhorrere enim non potes à praeclarissimis maiorum exemplis, quorum virtutibus constipata familia tua, summum glorię culmen est assecuta, quam in dies clariorem reddunt eximiae virtutes tuę, altissimis iam defixę radicibus. Ego autem summum omnium rerum opificem oratum velim, quo tuos sospitet cogitatus, ac ad maiora eleuet, teque sospitem reddat incolumem, & in tua vota atque optata omnis elucescat dies, bene vale.

EX

EXCELLENTISSIMI SIMONIS PORTII

PHILOSOPHI NEAPOLITANI

QVAESTIO.

DE SPETIEBVS INTELLIGIBILIBVS

nunc primùm à Iacobo Antonio Marta ordinata, ac ædita.

PRAEFATIO.

NOn absque diuina summi numinis prudẽtia factũ a perspicimus, vt res omnes quanquã multùm inter se differant, arcto tamen atque æterno vinculo colligantur, nec longiùs ab eo supremam ordinis inferioris spetiem, cum infima ordinis superioris forma decenter coniũctam, atque annexam animaduertimus: & intar ipsa illa extrema, quæ maximè à se mutuo dissident media sunt, quæ vtri extremorũ concedenda sint, nemo facile diiudicauerit. Reperiuntur quædam in terræ visceribus quæ an plantæ, an metalla sint, nondum inter philosophos conuenientia est, & sturtio an aereus, an terrestris sit ambigitur, & penitus ignoratur: vituli quoque marini, testudines, hirundines, ranę, & id genus alia animantia amphibia sunt ltidem in rerum naturis; quas substanlias in scholis appellamus videre est, nã cùm aliæ sint corporeæ, aliæ incorporeæ, inter istas etiã natura parens medium quoddam statuit, quod lícet sine corpore existat, vt ego cum Aristotelé sentio, est tamen haud omnibus partibus absolutum, & stricta cum rebus corporeis necessitudine coniungitur. Naturæ planè Incorporeæ sunt, quas intelligentias appellamus, quarum munus est veri, & falsi inuestigare discrimen, & comprehendere ea intelligentiarum capacitas, ea intelligendi acrimona est: comprehendere autem plenam veritatis rationem intelligere est, quod apud me perinde est atque videre. Naturæ igitur illæ, quæ sine vlla rationa ex rebus ipsis veritatem eliciunt, intelligentiæ nominãtur, ad quarum munus proxime accedit præcipua animæ humanæ pars licet multis modis imperfecta, Intelligentiarum autem nomine minimè censeri debet, quia nec ita capax, nec eo illustrata lumine est, vt sine vllo tẽporis interuallo veritatem cognoscat: agnoscit tamen sed non ita planè, & sine labore, nec sine adminiculo rerum earum, quæ sensu percipiuntur, his enim dum vtitur causas earum explorat idest comminiscitur supremam igitur, & diuinam animę humanæ partem, cuius beneficio meminimus, & recordamur mentem vocamus: mens enim primum res intuetur quę sensu diiudicantur, deinde ex ijs rebus sensu perceptis causas inquirit, ac tum demum veritatem comprehendit: huiusdum agit comminisci dicitur, à quo hic mihi inter mentem, & Intelligentias interesse videtur. Verùm à quo mens hoc accepit vt intelligat intellectus agẽs nominatur, siue illud natura sit, siue naturæ attributum, & magistri officio fungitur, mentem enim instituit, ac rerum omnium scientia imbuit: si natura inter superiores notiores refertur, primaq. notio, & Deus censetur vt Alexandro placuit vel vltima vt Auicennæ si attributũ à supremis notionibus deriuatur ad mentem nostram, eoque mens perfunderetur haud aliter quàm aer radijs solis. Qualecunque aũt sit eius certè opera mẽs nostra primas rerum causas atque origines percipit. Verùm an per speties, vt dicũnt latini res omnes intelligat, pro vt sunt distinctæ à suis actibus, & ab ipsa intellectione, & intelligere dubiùm occurrit: quod aduertens philosophus hic insignis dum Neapoli secundùm de anima libellum interpretabatur, quæstionem hanc peregit grauissime, quam sic enodare incepit.

Pro cuius intellectu primo videndum est de isto termino, spetics, & primo hoc verbum spetics Arist. consueuit dicere εἶδος, latinus dicit spetics, & est æquiuocum nomen, quia est aliud verbum quod grecè dicitur μορφὴ a latinis forma, quòd propric figura, hæc etiam intelligitur sub rationa spetiei, & spetics dicitur de ipsa forma, & spetics priami digna est imperio. Alio modo sumitur spetics pro ratione idest definitione, vnde dixit Aristo. 7. met. logos est ydos idest definitio est forma idest spetics. aliquando sumitur In cõmuni pro omni illo, quod habet aliquod organum, illud organum dicitur spetics, sic dixit Arist. 2. phy. 31. vocat spe

tiem com-

tiem compositionem respectu partium componentium, quia illa compositio dicit quandam aggregationem, & d. formam, & vocatur totum, ecce quod speties est nomen commune ambiguum. Hic verò sumitur speties pro imagine, isti vocant ydeas, vt dicimus imago cæsaris est speties cæsaris. Ergo qñ quæritur vtrum dentur speties idest imagines quædam obiectorum repræsentatiuæ intellectus, vtrum dentur speties intellectus idest vtrum detur imago rei intelligibilis in ipso intellectu affixa. secundo videndum quid est ista speties: Quæ potest cóparari ad tria, ad potentiam scilicet intellectũ ad causam efficientem, & ad obiectum, cuius est imago, quòd volentes nos scire hoc accidens quid est, cùm non possit cognosci nisi per subiectum, et cum id accidens sit in potentia, vel in organo, & est imago obiecti, ideo volentes declarare istud, oportet declarare cum comparatione ad ista tria, & dico quòd ista species est imago, est qualitas, ex quo sequitur quòd non est substantia sed qualitas, & quoniam speties qualitatis sunt multiplices, dico ꝙ ista species est in prima spetie qualitatis, & quoniam prima speties est habitus, vel dispositio dico quod est habitus. Vnde scotus glosans verbum Arist. de intellectu in habitu, per ipsum intelligit spetiem, ecce quòd latini ponunt spetiem in prima spetie qualitatis, tamen distinguitur ab habitu, quia non est habitus, qui generatur ex frequentatis actibus virtute obiecti relucentis in spetie, ergo speties præcedit habitum & sumendo habitum propriè distinguitur ab habitu, ergo & ab actu, ergo est qualitas pro genere: Quid plus est, qualitas spiritualis, & ly spiritualis non distinguitur à reali imò realis est, sed a corporali distinguitur, vt albedo, & alia, quæ sunt qualitates corporales quantitatiuæ, & sic spiritualis dicit differentiam à corporali, non à reali, quia tunc diceremus intentionalis: vlterius recepta in ipsa poté tia, vel organo propter spetiem sensitiuam, quæ recipitur in organo, & potentia, dico spetiem propter istos, qui dicunt spetiẽ recipi in intellectu, vt in subiecto est, ergo speties qualitas spiritualis recepta in ipsa potentia, vel organo repræsentans obiectum, ex his sequitur quòd speties, vt comparatur ad illa tria, habet tria, vt comparatur ad ipsam potentiam, vel organum dicitur qualitas, quia est in subiecto, vt cóparatur ad obiectum dicitur imago, & speties, vt verò comparatur ad causam efficientem dicitur effectus, ergo ipsa speties dicitur qualitas respectu potentiæ, respectu obiecti dicitur spetiés, & exemplar obiecti, dicitur effectus, vt comparatur ad causam efficientem, Et causa efficiens huius spetiei secundum Scotum est intellectus agens cum phantasmate, sed spetiei sensibilis est obiectum, & omnes conueniunt iq secundo: istæ duæ causæ concurrunt ad productionem spetiei intelligibilis, est effectus realis intellectus agentis, & phantasmatis, quia intellectus: actiua realis, vt ipse: Habes ergo de nomine, & quid est, est causa spiritualis recepta in potentia, vel organo repræsentãs obiectum, facta ab aliquo agente: Propter quid autẽ dantur istæ speties. Respondet Scotus 3. dist. primi sent. quæst. 6. quod propter duas causas, primò vt faceret præsentem rem intelligibilem, quæ de se non erat præsens, vt fiat præsens potentiæ intellectiuæ, & est exemplum, quando quis amicus tuus est foris, & non potes eum videre, imago animi sui est litera, sic videns literam, quam ipse scribit, illa est, imago autem corporis est retractus vultus sui, ergo, fit præsens per retractionẽ, ergo prima causa fuit præsentialitas idest vt haberet obiectũ præsens ipsi potentiæ secunda causa fuit, vt obiectum vniuersaliter præsentetur potẽtiæ cùm ipsa sit qualitas spiritualis, & sic qualitas facta ab intellectu agente, qui est ens vniuersale per essentiam producitur illa species intelligibilis repræsentans vniuersale: Addas speties sensibiles, propter duas causas inuentæ fuerunt primo vt obiectum sit præsens, & immediatum potentiæ, secũdo, vt sit præsens non materialiter, quia proprium est omni sensui recipere sine materia, ibi diximus vt fiat vniuersaliter præsens, hic vt fiat immaterialis, & præsens sed vnde est natura quod dicunt isti secundum Aristo. volo dicere, radicem 2. de ani. audiuistis quòd Arist. antequàm declaret de sensibus d. quomodo actio fit à simili, & quomodo à contrario, & dixit quòd partim est à simili, & partim à cõtrario ista passio, quia sentire, & intelligere, cùm sint in quodam pati 3. de ani. 2. requiritur quædam similitudo inter potentiam patientem, & obiectũ, quia intelligere est cognitio, & sentire est cognitio, & cognitio fit per vnionem cognoscentis, & cogniti, & dicebat August. ex cognoscẽte, & cognito paritur notitia, quia igitur notitia paritur ex hac vnione, & vnio fit ab aliquo simili requiritur ergò aliqua similitudo, & in hoc omnes conueniunt, cùm ergo omnis cognitio fiat à simili, inuestigandum est à quo est hæc similitudo. Antiqui philosophi dixerunt, quòd ista similitudo est realis, quia anima cognoscit hominem, quia inest homini caro, quia in ea est caro &c. cognoscit elemẽta quia in ea est aqua aer, terra &c. Fuit alia opposita huic, & est Platonis dicentis quòd ista similitudo cósistit in ydeis ipsis; formis nobis congenitis, intellectus intelligit hominem, quia ab æterno habent congenitam ydeam hominis, & imaginem, ergo ista cognitio fit per ydeas: Et Arist. est medius inter istos & d. quòd ista vnio per similitudinem fit non realis nec per illam nobis cõgenitam, sed fit per aliquam similitudinem, quam antiqui vocauerunt spetiem intelligibilem, & sensibilem, aliqui dixerunt actum intelligendi:

ntelligendi: propter istas causas ergo fuit inuēcta illa species à latinis. Est & aliud quòd omnis vnio fit per aliquod simile, illi dicebant quòd illa similitudo erat realis, illi vt Plato quòd erat per ydeas congenitas, Arist. autem per aliquam similitudinem causatam ab obiecto, quam latini dicunt speciem intelligibilem in intellectu, & speciem sensibilem in sensu, & ideo fuit mota hæc quæstio. Hæc de titulo.

POSITIONES LATINORVM. Cap. I.

Scotvs fautor huius opinionis, & ferè omnes latini, dico ferè, quia Henricus de gandauo habet opinionem contrariam, & ego sequor, sed Diuus Tho. Ioannes de Ianduno, & omnes cómuniter dicunt quòd dantur species necessario ad hoc vt fiat cognitio tam sensitiua, quàm intellectiua, sed diuersus est modus ponendi cōclusionem istam, Scotus dicit quòd species ponitur propter illas duas causas dictas scilicet vt fiat præsens, & vt præsentetur vniuersale, mediante quo recepto in illa spetie, & in ipso intellectu, generatur ipsa notitia, quæ dicitur intelligere. Ioannes dicit, & via cōmunis quòd ista species facit obiectum præsens, & præsentat vniuersale ipsum, sed plus disponit passiuè ipsum intellectum, & sensum ad recipiendum actum ipsum, ita quòd est quædam dispositio, vel sensum ad sentire, similiter quoque non solùm illud, sed vt disponat passiuè ad ipsum actū recipiēdum potentiam, & magis vnum quàm aliud, ex quo sequitur quod est passiua dispositio species secundum istos: secundum Scotū verò quoniam intellectus est summè dispositus, sed ipsa determinatio est vt fiat concausa actiua ipsius intelligere, isti autem non requiritur ista dispositio, sicut materia prima vt recipiat formam fortis, requiruntur dispositiones determinantes materiam magis ad istā formam, quàm ad illam, sic intellectus respectu ipsius intelligere magis ad illud, quàm ad illud requiruntur dispositiones determinantes magis ad vnum, quàm ad aliud, omnes ergo ponunt speciem, sed diuersimodè, sed capiendo conclusionem in qua conueniunt, ponemus rationes Scoti, secundo latinorum tenentium illam conclusionem quòd necessario species dátur distinctę ab actib⁹: ¶ Est & vna ratio prima

rationes Scoti.

1. Rat. obiectum necessario præcedit ipsum actum, ergo necessario dantur species, hanc rationē facit Scotus in spetie intelligibili, quo etiam facio in specie sensibili, obiectum necessario pręcedit actum, quia actus aut est affectus obiecti, aut naturaliter sequitur obiectum, ergo necessario dantur species: probatur ista consequentia primo de intellectu, de spetie intelligibili, obiectum præcedit actum, ergo conditiones obiecti necessario præcedunt actum idest intelligere: quòd obiect ū pręcedat patet, quia causa præcedit causatum, quòd conditiones obiecti debeant præcedere patet, vniuersalitas est conditio obiecti, obiectum præcedit, ergo secundùm illas conditiones, secundùm quas mouet sed mouet secundum quòd est vniuersale, ergo vt vniuersale præcedit, si sic ergo necessario requiritur aliquod repræsentatiuū, quod repræsentet ipsum vniuersale, istud autem est species, antequam producatur actus: ¶ Est alia

2. Rat. ratio vnum obiectum non mouet nisi secundum vnum modum, quia vna natura non potest mouere nisi secundum vnum modum motus, sicut est in elementis: sed phantasma non est nisi singulare, ergo non mouet nisi singulariter, ergo non vniuersaliter, ergo præter phātasma requiritur aliquod vniuersale repræsentatiuum obiecti, quod erit species ista. ¶ Præterea

3. Rat. phantasma secundum totam virtutem mouet singulariter, ergo non potest mouere vniuersaliter, quia non secundum totam virtutē moueret singulariter, sed secundum partē moueret, & secundum oppositas conditiones secundum totum moueret, & sic vnum, & idem secundum totam virtutem moueret secundum oppositas rationes. ¶ Sequitur alia ratio, agens

4. Rat. reale habet effectum realem sed intellectus agens est agens reale, ergo habet effectum realem, ille effectus non est phantasma, quoniam phantasma est singulare, & est effectus sentire, & non est actus intellectus: ratio est ista, quia agens reale primo producit esse actū primum, quàm actum secundum, exemplum, generans hominem primo generat hominem, & homo genitus operatur, & operatio non est effectus intellectus agentis, sed esse, tunc arguitur sic, intellectus agens est reale agens, ergo effectus eius est actus primus, non actus secundus, notitia, quia non præsupponit primum actum, sicut generans, dans formam, dat consequentia formam, similiter intellectus agens, cùm sit agens reale, primus effectus debet esse aliquod, quod habet rationem primi actus, ergo non phantasma, quia singulare, non actus secundus, ergo species, quæ sunt actus primi productus ab intellectu agente. ¶ Vltra intelle-

5. Ratio. ctus agens facit de non esse vniuersale vniuersale, ista est propositio Auer. & omnium, non oportet declarari, ergo terminus actionis ipsius agentis, videtur quòd sit aliquid reale, nō potest esse vniuersale, quia non est aliquid in actu, ergo oportet quòd sit aliquod reale, illud

non potest esse, nisi repræsentatiuum realis vniuersalis, hoc autem est species, & hæc ratio etiā multa supponit: Et debetis scire quòd esse intentionale secundū istum virum potest accipi multipliciter, vno modo omne illud, quod est in intellectu, & etiam in volūtate potest dici sic & esse rationis 45. dist. primi sent. declarat Scotus de actu voluntatis, potest dici actus rationis etiam, & isto modo ipse actus intelligendi notitia potest dici ens rationis, quia est ens in rōne, similiter vniuersale ipsū est ens rationis quia est in ratione alio modo potest accipi esse intētionale, quod habet esse per actum intellectus, pōt dici res intelligibilis ens rationis, ideo ens īntelligibile quod habet esse per rationem idest per actum intelligendi, & isto modo solùm secundæ intentiones, quæ sunt relationes dicuntur entia rationis, quia nihil aliud est, nisi relatio rationis facta ab actu intelligēdi, dico inter obiecta cognita, vt cognita sunt, tunc venio ad rem, illud, quod est intelligibile, vel quod est sub ratione sicut species intellectus potest hoc modo dici, alio modo quod non esse reale in intellectu, sed solùm dependet ab actu intellectus, sicut secundæ intentiones, vel secundo intellecta, vt Au. 1 2. mat. dicuntur entia rōnis esse: ista secundo modo dicta non habent esse reale vniuersale ī actu, sed solùm est ab intellectu intelligente, ergo terminus intellectus agentis est vniuersale, non vniuersale in actu, quia tūc terminus intellectus agentis realis esset ens rationis, est tñ aliqua qualitas præcedens actum intellectus realis: tunc sic intellectus agēs facit de nō vniuersali vniuersale, ergo est aliquis terminus realis, in quo est vniuersale, hoc non est nisi species, ergo necessario dātur species: ¶ Præterea intellectus agens nō excedit in potentia intellectū possibilem: pro quo debetis scire, quod apud istū intellectus possibilis est amplioris ambitus, quā intellectus agens, quia pōt ex sua natura eleuari ad oēm cognitionē ideo homo secūdùm suam naturā est beatificabilis passiuè sine lumine, vt 4. sent. distinct. 49. ita quod intellectus noster potest omnia suscipere passiuè, sed si datur lumen est agens ad actionem, potius quàm ad passionem, ita quòd intellectus agens non est ita amplioris ambitus, sicut est possibilis, vt in prologo sent. dicit ipse, tunc sic intellectus agens nō excedit in potētia possibilem, quia non solùm est tanti ambitus imò maioris ambitus, tu intelligis hoc, & in hoc discordas à philosophis, qui dicis quòd quicquid intellectus agens facit intellectus possibilis recipit vt 3. de ani. 17. quoniam autem sicut in omni natura &c. quantùm ille facit, tantùm illa recipit, & est conclusio, ita quòd non excedit in potentia idest quod possit plura facere, quàm intellectus possibilis recipere, ergo quicquid intellectus agēs realiter producit, reperitur in intellectu possibili, sed intellectus agēs producit aliquem effectum realē, ergo hic effectus realis recipitur in intellectu possibili: hoc argumentū præcipuè est contra henricum, & sequaces, qui volebant quòd intellectus agens producit effectum in phantasmate recepto, contra istos vadit hæc ratio de dicto. ¶ Præterea si nō darentur species istæ intelligibiles, sequeretur quòd intellectus non posset intelligere magis vniuersale nisi intellecto minus vniuersali, hoc falsum, qm̄ apparet quòd ipsa metaphysica est scientia vniuersalis, & est habitus distinctus à scientia particulari scilicet à medicina, & ab alijs quæ sunt de parte entis, sed dato quòd nō sint species intelligibiles, tunc intellectus non posset intelligere magis vniuersale, nisi intellecto prius minus vniuersali, quia non posset intelligere ipsum vniuersale nisi in phantasmate, & cum ita sit, ergo in phantasmate quod primò occurrit est species specialissima, cuius singulare fortius mouet, si ergo intellectus intelligeret in phantasmate, ergo non posset intelligere magis vniuersale, nisi minus intelligat, quoniam vniuersale relucet secundùm te in phantasmate, ergo dantur species: hoc est argumentum fortissimum, data opinione sua. ¶ Amplius sequeretur aliud īconueniens quòd intellectus non posset ītelligere vniuersale absolutè secundùm totum suum ambitum, vt ens secundum totum suum ambitum, substantiam ad omnes substantias, quia intelligeret in ipso phantasmate, modò quod intelligitur in singulari non secūdum totum suum ambitum est in omnibus rebus: Exemplum, vt si ego intelligo hominem, naturam humanam in Socrate sub ista relatione ad Socratem, non intelligo naturam humanam communem ad omnes, si ergo in singulare, & non in spetie repræsentante, sequeretur quod intelligeret singulare non secundum totum suum ambitum, quod est falsum. ¶ Amplius sequeretur aliud inconueniens, ipsa facit pro alio argumento, nos sic abbreuiemus, quod intellectus non esset separabilis à corpore, probatur, valet plus illud, quàm totus mundus, & hoc etiam valet ad confirmandum opinionem Auer. si intellectus intelligeret vniuersale, vt relucet in phantasmate non per speciem intelligibilem, sequeretur quod intellectus non esset separabilis à corpore: hoc argumentum est magnum data opinione illorum quod anima separatur à corpore imo quod referret intentionem illud argumentum est maximum, si intellectus intelligit vniuersale vt relucet in phantasmate, ergo intellectus non est separabilis, quia non potest intellectus intelligere vniuersale in phantasmate, nisi phāntasmata sint, sed illa sunt quando intellectus est vnitus corpori, ergo semper intellectus debet esse coniunctus corpori si vult intelligere, quia oportet, vt sit vbi sunt phantasmata, necesse est intelligentem phantasmata spe-

6. Ratio

7. Ratio

8. Ratio

9. Ratio

Ne moram faciamus ī soluēda hac rōne, qa Portius fatet Aristotelicē mortalitatē aīæ

ideo ipsā non sol- uit: Nos autē sic solumus ꝙ si defi cit phan tasma sī gulareīñ remanet uniuersa le illumi

ts speculati, & hoc est argumentum validissimū non contra nos, quia iam est verum apud nos, quòd nō potest intellectus intelligere, nisi phā tasia phantasietur, vt dixit primo de anī. aut est phantasia, aut non sine phantasia, sed benè est magnum contra illos sentientes quòd anima seperetur à corpore: ¶Alia ratio illud quod nō est negatum à potentia inferiori, & dicit per- fectionem in ea, non est negandum à potentia superiori, & est locus topicus, si posse dicit perfectionem in milite, ergo non negandum à rege, sed sensus operatur mediante spetie sen- sibili ergo non negandum ab intellectu quòd operetur mediante spetie intelligibili. ¶Praeterea illa potentia quæ non potest operari, nisi mediante alia potentia inferiori, vnita sibi per accidens est imperfecta, sed intellectus si intel ligit in phantasmatibus, indiget ipsis ensi- bus, ergo est potentia imperfecta &c. Hæ sunt rationes potissimę, quas istę doctor facit, & ego omnes volui adducere, quia sunt meliores ra- tiones, quæ pro hac opinione possent adduci.

natum ꝙ est for- ma et sic aīa est ę- terna: hoc lati' videas ī apologia nostra. 10. Rō. 11. Rō.

CONFVTATIO. Cap. II.

ISTA opinio non est ad aures Aristotelis. Ideirco primo ego insurgā in eam argumento scotico, secundo argumentis communibus, & proprijs: Argumentor sic, data opinione tua, in tellectus agens producit spetiem, intellectus agens est agens reale, speties est qualitas realis ergo singularis, ergo ista speties, quæ est in intellectu, singularis, tunc vltra ista speties est singularis, aut representat singulare, aut vniuer sale, à quo ergo habet quòd representet vniuer sale, nō ex se ipsis, quia ipsa est qualitas realis, singularis, & nullum singulare facit hoc: Respondet pertransfeundo, quòd ista speties, cùm sit effectus intellectus agentis, & phantasmatis ab intellectu agente, qui est vniuersalis, sua natura habet representare vniuersale ergo ista spe ties ab intellectu agente representat vniuersale, & hoc non à sua natura, nec à phantasmate. Contra dato isto sequeretur quòd omnis effectus singularis posset esse vniuersalis in repræsentādo ꝙ est falsum. & tu scote fugis hoc, pro bo consequentiā, quia oīs effectus in istis inferioribus est productus à causa vniuersali, q̄ secū dùm suam naturā est vniuersalis, sol, & homo generant hominem, & iste est Deus, qui secun dum opinionem suam immediatè concurrit ad omnem effectum, modo Deus, & intelligentiæ sunt vniuersalia per essentiam, & tñ Deus concurrit ad oēm effectum, ergo quilibet effectus esset vniuersalis in repræsentādo, quia quilibet effectus est à Deo, qui est vniuersale per essentiam, per opinionem tuam, & omniū theologorum, certè magnum est argumentum: Secundo arguo sic argumento irrefragabili speties intellectus producitur ab intellectu agēte, & est singularis in essendo, ista speties intelligibilis cùm sit singularis, & secundùm istam opinionem non est essentia diuina, ergo de se non est singularis ista, quin nō possit habere aliquā communicabilitatem etiam de angelis, hoc est verum secundū Scotum 2. sent. qui d. quod essentiæ angelorum, non ienr ita de se hoc, quòd nō possint pluribus cōmunicari, & pro hoc ipse probauit quòd detur pluralitas angelorum in vna spetie, speties ergo intellectus cùm non sit essentia diuina habet quiditatem, ergo est singulare habens aliquam quiditatem, sicut Socrates est singularis, habetq; naturam cōmunem, quæ est homo, sic speties intelligibilis, cùm sit singularis, habet suam quiditatem vniuersalis repræsentati per ipsam, tunc vltra ista habet in se duo vniuersalia. s. propriam quiditatem, & vniuersale repræsentatum, exempli: sit hic spe culum, illud habet duo, vnum inquantū repræ sentat effigiem oīum, aliud habet suam naturā, in quantum est plumbeū, aut vitreum, sic spe ties habet duplicem naturam, vnam propriā, & alterā repræsentatiuam, tunc sic representat vniuersale quare non magis quiditatem suam, cum in ipsa spetie sint duo, vnū est propria natu ra, propria quiditas, aliud id quod repræsentat ergo quęro nunc, quā quiditatē primo repræsen tat in intellectu, certū est quòd primo repræsen tat suam quiditatē, quàm ipsum hoīem v. g. spe culum primo repræsentat naturam suā, quàm me, & te, sic speties intelligibilis, nāliter primo repræsentaret suā quiditatē, quàm illud, quòd relucet tanquam in speculo, in ipsa spetie: Vlterius vniuersale, illa quiditas repræsentata, quæ est natura speciei, non per aliam spetiem, quia ego quæro de illa habet quiditatem, vel nō, & tunc procellus in infinitum, ergo repræsenta- tur per naturam speciei, sic ergo ipsum phan- tasma potest repræsentare suam quiditatē, sicut spetics itelligibilis, quare ergo oportet addere entia superflua sine necessitate, istud argumen- tum est magnum, quo vides superfluitatē istarum spetierum: Tertio si darentur speties, se- queretur quòd reciperet aliquod, quod non co gnosceret, si sic tunc nulla differentia esset inter intellectum, & materiam primam, quam Auer. assignat. Probatur, intellectus in illo priori, in quo recipit spetiem (quia speties est mediū cognoscendi, non cognitum) ista receptio nō est comprehensio, quod recipit est singulare reale, ergo in aliquo priori intellectus reciperet singulare, & non cognosceret, ergo

non esset

non eſſet in hoc differentia inter intellectum, & materiam primam, imò dixit Auer. 3. de anima com. 3. & 7. recipit ideſt intelligit, ſimiliter Auer. 2. de anima 62. ſi enim reciperet colorem, ſicut eſt in re, tunc receptio non eſſet comprehenſio, ergo vult quòd ſit comprehenſio, ergo intellectus in illo prioris ſi recipit non comprehendendo, non diſtinguitur à materia prima: Ratio quarta & ego facio iſtas rationes, vt percurramus omnia verba Ariſt. & Auer. vt videamus quantùm iſta opinio Scoti diſtet à veritate: Auerroes com. 5. & 18. & per totum 3. de anima d. quòd phantaſmata ſunt potentia intellecta: ſecundo d. quòd phantaſmata ſunt quoquomõ motores: tertio d. quòd intellectus actu facit intellectum in actu, quia facit potentia intelligibilia, actu intelligibilia, tunc ſic phantaſma eſt quod eſt in potentia ad mouendum, ergo poteſt mouere probatur: cui competit potentia, eidem cõpetit actus, ſi phantaſma eſt in potentia ad mouendum, ergo habet actum mouendi, ergo actus mouendi eſt à phantaſmate, quia d. eſt quoquomodo motor, in veritate idem eſt quod in potentia, & ꝙ in actu, ſed phantaſma eſt intellectum in potentia, ergo põt eſſe intellectũ in actu, ergo phantaſma eſt illud ꝙ mouet, ergo non requirit ſpeties, quia ſpeties ideo ponitur, vt ſit repreſentatiua, mouens obiecti, ſed phantaſma factum in actu eſt illud quòd mouet ergo non requiritur ſpeties. Ratio 5. terminus per ſe, & primus ipſius intellectus agentis eſt intellectũ in actu, & ſunt ipſa vniuerſalia propoſitio iſta eſt vera, vt patet com. 18. 3. de ani. dicebat Au. & ſi eſſent vniuerſalia extra aĩam, non indigeremus intellectu agẽte, ergo tota neceſſitas intellectus agẽtis eſt ꝓpter ipſa vniuerſalia, terminus ergo adęquatus ipſius intellectus agẽtis eſt ipſum intellectũ in actu, & vniuerſale, ſi ergo ſpeties eſſet producta ab intellectu agẽte, tũc primus terminus, & effectus intellectus agentis, nõ eſſet intellectũ in actu, & vniuerſale, ſed ſpeties, ſic Ar. & Au. diminute locuti fuiſſent de operatione intellectus agentis, nunquam .n. intellectũ agẽtem facere ſpetiem dixerunt, ſed facere vniuerſalia & 1. de ani. t. 8. intellectus eſt ille, qui facit vniuerſalitatẽ in rebus. Arguitur 6 duo modi recipiendi vni, & eidem potentiæ non conueniunt, ſed intellectus ſi eſſet recipiẽs ipſam ſpetiẽ, haberet duos modos recipiendi impoſſibiles, ergo non dantur ſpeties iſtæ: maior eſt vera, quia vni formæ competit vnus modus agendi, ergo vni materiæ determinatæ vnus modus recipiendi, ſicut materia prima ſemper recipit ſine cognitione, & ſingulariter, intellectus verò cum cognitione, & vniuerſaliter, ſed intellectus ſi darentur ſpeties, haberet duos modos recipiendi impoſſibiles: probo reciperet enim ſpetiem, quæ eſt ſingularis, & realis, & illam recipit ſine cognitione, ecce vnus modus, intellectus recipit cognoſcendò vniuerſale, ergo habet duos modos recipiendi impoſſibiles, & diuerſos ſcilicet cũ cognitione, & eſt receptio vniuerſalis, quod intellectus cognoſcit, & ſine cognitione, & eſt receptio ſpetiei quam intellectus non cognoſcit, quia eſt medium cognoſcẽdi, non cognitum ſecundum ipſos, quis vnquã hæc diceret, qui eſſet ſani capitis? niſi eſſet addictus aut freneticus &c. Poſſet quis dicere quòd iſti modi non videntur incompoſſibiles, quia ſenſus etiã recipit cum cognitione, & ſine cognitione. Reſpõdetur quòd iſti non ſunt duo modi incompoſſibiles, ſed recipere ſingulare; & cum cognitione, & ſine cognitione ſunt oppoſita. Præterea in ſenſu ſunt duo, eſt organum, & eſt potentia, ergo ratione organi poteſt pati, ratione potentiæ non, quia ſpiritualiter ſe habet, & ideo habet duos modos videlicet vt in organo, & vt potentia ſenſitiua non organica; habet vnum tantùm modum, Notate iſtas rationes: Præterea dixit Au. 2. de ani. & 3. com. 14. quod receptio, paſſio, & potentia ſunt æquiuoca in intellectu, & in ſenſu, & alijs, ſed ſi darentur ſpeties tunc vniuoce dicerentur de intellectu, & ſenſu, & de materia prima nã materia prima recipit ſine cognitione, ſimiliter intellectus in illo priori, materia ſingulariter, intellectus ſingulariter, ergo eſſet vniuoca receptio materiæ primæ, & intellectus, ergo iſtæ ſpeties non dantur: Amplius ſequeretur quòd intellectus haberet tres actus, ſed Ar. 3. de ani. 21 t. d. non habet niſi duplicem actũ ſcilicet formationem, & fidem, ſi ergo ſpeties reciperetur in intellectu haberet tres actus; probatur quia vltra alios duos, eſſet receptio ſpetiei, quæ non eſt nec formatio, nec fides, ergo tres actus, ergo Ar. inſufficiens: modò tota peripateticorum ſchola d. quòd duæ ſunt operationes ĩtellectus & ſic oẽs iſti eſſent inſufficientes: Ratio 9. intellectus recipit formam, quam comprehendit ergo non recipit ſpetiem, antecedens dicitur ab Au. probo conſequentiam, quoniam intellectus recipit ſpetiam, quàm cõprehendit, ſed ſpetiem intelligibilem non cõprehendit, ergo non recipit ſpetiem intelligibiliẽ, valet ergo cõſequentia, recipit ſpetiem, quã comprehendit, ergo omne quod recipit comprehendit, & confirmatur per dictum Au. intelligere eſt recipere com. 5. 15. & 18. ſi ergo receptio ſpetiei nõ eſſet cognitio, non eſſet receptio formæ hoc eſt Au. 3. de ani. com. 5. intelligere eſt recipere, & illa receptio eſt cõprehenſio: quod clarius? O argumentor ſic intellectus recipit ipſum intelligere, ergo non recipit ſpetiẽ intelligibilem, probo conſequentiam per dicta Ariſt. quid intellectus ſit ſingula, quia ſit aſinus, cognoſcendo aſinũ, & intellectus ſit intelligere, & intelligere ſit intellectus, modò nec ſpẽs eſt intellectus, nec intellectus eſt ſpẽs, non .n. patiens eſt albedo, nec e contra, & huic aſtipulant verba

Simpl. & Philop. & Themist. i expositione te xtus 61. 2. de anima, dicunt hęc verba, sensus differt ob ipsa materia, puta cera, quia materia recipit, & non cognoscit, sensus recipit co gnoscendo, si ergo negarunt à sensu receptionem sine cognitione, ergo necessario in Intellectu, intellectio nil aliud est nisi intelligibilium receptio. Amplius d. Auer. 3. de anima. com. 19. nil aliud est intelligere, nisi recipere intellectionem, quam comprehendit, & per in tellectionem intelligit vt 2. de ani. intelligere in esse spirituali, & intelligibili, ego nil aliud est intelligere, nisi recipere intentiones, ex quo capitur quòd intelligere ipsum non est qua litas recepta in Intellectu, quia tunc essent duo scilicet receptio speciei itellectionis, & sic duo nunquam audita, & sic idem est receptio, & intellectio 3. dispnt. destr. sol. 18. dub. lapis in anima nil aliud est nisi intellectio lapidis, ergo illa receptio non est illa species intelligibilis, sed est intellectio lapidis, & est illa forma intentionalis lapidis, patet ergo qualiter intelle ctus nullo modo recipit, sed recipit, comprehendit, & recipit formam, & illa receptio est comprehensio, & recipit formam. Non igitur dantur species istæ.

OPINIO GOFFREDI DE FONTIBVS, ET DEFENSIO eius rationum. Cap. II.

AVDIVISTIS quibus rationib' fuit probatum ex verbis Arist. & fi delium doctorum, qualiter non sunt necessariæ species ipsæ. Demũ quia res est difficilis, & arguitur contra communem opinionem latinorum, oportet videre rationes aliorum, quibus probabant eandem conclusionem scilicet quòd non dantur species & huius opinionis fuerunt multi non obscuri philosophi, & theologi. Goffredus de fontibus Doctor certè absolutus, probat nostram opinio nem quòd non dentur species istæ, quas rationes adducit Scotus primo sent. dist. 3. est vna ratio talis, potentia, quæ est ordinata ad reci piendum aliquem actum, illum actum recipit primo, & per se, sed intellectus est ordinatus ad recipiendum ipsum intelligere, ergo primo recipit, & non speciem. Volo facere rationem claram: debetis scire quòd potentia est ordina ta ad actum, & ideo recipit actum, dicit Porphy. frustra est illa potẽtia si ordinatur ad actũ, & non reducitur ad actum, & sic potentia, vt potentia est ordinata ad actũ suum, ego ipsum recipit, & si ipsum recipit, non reducitur illa potentia, est inutilis, & frustra: Secundo scias quòd aliqua est potentia, quę ordinatur ad vnũ actum vltimum, sed non immediatè, sed mediantibus multis dispositionibus, vt materia prima ad recipiendum, non immediatè, reci pit formam particularẽ, sed primo recipit vniuersalem primo met. 17. idest formas imperfectas elementorum, & hoc recipit vltimas, & perfectas, ergo recipit alterum, non immediatè, sed mediantibus quibusdam actibus facientibus primum actum. Venio ad intellectũ, intellectus possibilis est potentia ordinata ad actum, actus est intelligere, ergo potentia est ordinata ad ipsum intelligere, cùm sit potentia ad ipsum intelligere, videamus est ne opero illud ĩtelligere taliter quòd immediatè perficiat intellectum. Respondent latini, qui tenent oppositam conclusionem quòd non, quia primo disponitur per speciem vel ad agendum, vt Ioan. de Ianduno, vel ad patiendum, vt Bac chonitanus, ergo intellectus non immediatè recipit intelligere, quamuis sit actus ad quem intellectus ordinetur, sed primo disponitur per speciem intelligibilem vel ad patiendum, vel ad agendum, vt alij, vt subiectiuè recipiantur in intellectu, vel conuenit illi per accidẽs, vt tenet Scotus, sic non ad patiendum, non ad agendum, sed per accidens conuenit illi, non vt subiectiuè recipiatur in intellectu, sed est ne cessaria propter illas duas causas, vt fiat præsens, & vniuersale. Hæc sunt duo notanda. Vnde dicitur Scotus quòd intellectus indiget specie, non ad agendum, quia est summè dispositus, quia sua natura partialiter activus, nec ad recipiendum, sed necessitas speciei, est vt vniuersale sit motiuum intellectus, & vt sic pręsens intelligere intellectus, & hoc certè melius est, quàm dicta aliorũ: ¶ Arguit nunc Goffredus intellectus est potentia ordinata ad intelligere, ergo primo recipit intelligere: ¶ Respondet Scotus, quod primo recipit intelligere prioritate perfectionis, sed non originis, quia primo recipit speciem, qua mediante pro ducitur intelligere, tunc recipit intelligere, er go prioritate perfectionis bene prius recipitur, non prioritate originis, quia effectus perfectior est intelligere, vt si dicerem materia prima, pri mo prioritate perfectionis recipit formam hominis, at prioritate originis recipit formas ele mentorũ, sic intellectus vt dictum est. ¶ Ista re sponsio errat mirabiliter, Argumentor sic intelligere, & actus intellectus est totus simul, licet Io. Gram. fecerit differentiam inter intel ligere, & sentire, quòd motus, passio, & ope ratio differunt, & dicebat quòd intelligere est medium inter operationem, & motum, tamen vt Arist. est totum similiter, quia successio tãtùm est esse res intelligibiles, non in intelligere, sed in discursu, & hoc ego dixi in 2. de ani. vbi feci differentiam inter motum, & passio-

nem.

nem, & operationem, sed intelligere vnius est totum, similiter declarat Auer. 3. de ani. 15. intelligere non est nisi complementum.i. perfectio totalis, non vt motus, qui propriè est per partem post partem, per gradus, sed intelligere fit totum simul, tunc sic, intelligere est perfectio intellectus, & complementum, ergo nō est aliquid quod recipit primo. & postea aliud sed totum simul, ergo quando intellectus recipit, recipit vltimam perfectionem, & non vt materia prima, & quæ primo recipit aliquod imperfectum, & postea aliquod perfectum, ergo non possumus dicere prioritatem perfectionis, & generationis, sed idem est illa prioritas, quod illa, quia non est successio in actibus intellectus: Amplius confirmatur quòd ideo potentia intellectus, vel intellectus materialis, est potentia essentialis, & actus suus essentialis nam distinctus, quòd sensus est sicut sciens, intellectus habet suam potentiam essentialem, & habet primo ipsum intelligibile, dicebat Ari. 3. de ani. 8. & per suum intelligibile fit in actu, quæ intelligibilia sunt essentiæ eius, ecce intelligibilia sunt essentia, & actus intellectus, tūc sic, intellectus reducitur ad actum primum per speciem, non per ipsum intelligibile non est in intellectu, nisi per ipsum intelligere, ergo ante ipsum intelligere non est receptio speciērum: Hoc est maximum argumentum, actus essentialis est ipsum intelligibile, ergo quod primo extrahitur est intelligibile, non species probo, ipsum intelligibile non recipitur in intellectu, nisi mediante intelligere, ergo primo intelligibile, & non species, probo Arist. 3. de ani. volens probare naturam intellectus, dicit, & nihil est eorum, quæ sunt ante intelligere accipio textum, intellectus nihil est eorum quæ sunt ante intelligere, ergo ante intelligere intelligibilia non sunt in intellectu, ergo per intelligere est intelligibile in intellectu textus est clarus, & hoc non realiter, quoniam tunc esset opinio philosophorum, non intentionaliter, quia illud est intētionaliter, & modo similitudinis per receptionem, tūc sic, intelligibile in intellectu & Arist. d. nihil intellectus intelligit ante intelligere, si ergo darētur species, ante intelligere, essent intelligibiles in intellectu, ergo non dantur species, ergo ista opinio est contra verba Ar. Verùm sunt aliæ rationes quas ī libro meo de partibus animæ dixi quæ ex veritate declaranda nunc patebunt.

FVNDAMENTA VERAE OPINIONIS Cap. III.

Respondendum est modò ad rationes ipsius Scoti. Sed antequā respondeatis, oportet scire fundamenta nostra, quibus cognitis de facili patebit responsio. Nos habemus quatuor quæ faciunt difficultatem, intellectum possibilem, intellectum agentem, intelligere, & phātasma: Primo de intellectu agente debetis scire, quòd secundùm decreta peripateticorum, & veritatem omnem, & simplicij, & Philoponi, & Themistij, intellectus agens non est agēs reale, realiter productiuum alicuius effectus, quod dicitur à latinis electiuum agens, quod hoc agens electiuum, determinat aliquem effectum distinctum à seipso, exemplum vt pater generat filium, dicitur agens reale, quia producit effectum distinctum à se, similiter in igne caliditas, illud ergo dicitur agens reale electiuum dicunt latini, quia elicit effectum distinctum à se ipso, similiter de frigiditate, frigiditas frigiditatem, siccitas siccitatem, & dulce & amarum causant passionem in sensu, sunt ergo ista agentia realia, realiter producentia effectum, distinctum à seipsis &c. Est aliud agēs quod non est agens electiuum, sed dicitur agēs inquantùm habet similitudinem cum agente, & quomodo est agens per similitudinem, quia non est verè producens aliquem effectum, & est ad similitudinem, sicut lumen facit colores videri, lumen producit ne aliquem effectum in coloribus, quod effectus faciat, ꝙ colores sint ? minime d. Au. 2. de anima 63. sed solùm facit vt videantur per suam claritatem, medium disponendo scilicet aerem, facit quòd oculus videat, & sic dicitur propriè illuminans, ideo Ar. d. sic intellectus est sicut habitus, & lumē, qui non est verè agens quia si verè agens, tunc dixisset esse sicut calidum &c. sed quia non verè agens, declarat intellectū agentem per modos consimiles agentis, ergo intellectus agēs, non est agens reale productiuum alicuius effectus distincti à seipso, sed solùm illuminans, ex quo sequitur, quod quando dicit effectus in intellectus agentis aut recipitur in phantasmate, aut in intellectu possibili, nihil est, quia iste effectus non est distinctus, receptus in subiecto, & ille Thomas de nio d. quòd phantasma est materia instrumentalis intellectus ergo producit sicut lumen quod multum effectum producit in ipsis coloribus, sed solùm disponendo medium facit quòd videantur, similiter intellectus agens facit, quòd per essentiā suā, potētia ipsa promptè, & expeditè operatur, & vt lumen facit, quod disponendo medium, colores videantur, similiter autem intellectus possibilis, præsentia intellectus agentis facit ꝙ ipsa intelligibilia materialia sint in ipso intellectu immaterialia, ergo intellectus agens non est

agens reale, sed solùm illuminans, agens per similitudinem ideo non est verè agens reale, producens effectum distinctum à seipso. Secúdum sciendum est de ipso phantasmate, quod in phátasia idest in imaginatione est forma singularis in ipsa imaginatione, quæ spiritualior est in ipsa imaginatiua, & cogitatiua vt d. Ari. ergo per phantasma intelligimus formam, & spetiem rei sensibilis, vt est in cogitatiua, memoratiua &c. & quoniam istæ virtutes habent ordinem inter se, hinc pateat quòd phantasma est magis spirituale in vna virtute, quàm í alia, phantasma ergo est in virtutibus interioribus, & phantasma istud habet multas conditiones, primo, vt Auer. quòd sit potentia intellectum, & hic notandum est vnum, quòd idem est potentia intellectum, & potentia intelligibile, distinguuntur tamen secundùm Scotum, quòd non est verum secundùm Auer. secundò habet quòd sit quoquomodo motor, & quoquomodo motum, & materia, & se habeat ad intellectum, sicut sensibile ad sensum, vt motor, & motum, & materia, ergo intelligibile se habet ad intellectum vt motor, & motum, & materia, quomodo dicitur potentia intelligibile. Illud dicitur potentia intelligibile, quod est aptum natum intelligi, illud potentia visibile, quod est aptum natum videri, quod non est, non est intelligibile, declarat Auer. quia intelligibilitas est passio entis, nō absolutè, sed entis í actu, ergo illud intelligibile propriè, quod est aptū natum intelligi, & hoc est illud, quod est in actu, ideo dicunt isti intelligibilitas est passio entis in actu, hoc Auer. 9. met. com. 20. nisi per illud, quod est in actu. Intellectus ergo ipsum intelligibile dicitur, quod aptū natum est intelligi, sic materia prima est intelligibilis per similitudines primo phy. ergo quid phantasma dicunt isti potentia intellectum, quod aptum natum intelligi, illud, quod est in actu, verum vnà in re, & in materia, vt Socrates, alia est in virtutibus interioribus, quando dicis quod est potentia intelligibile, aut intelligis de singulari in re, & sic est intelligibile, sed potentia remota, potentia propria in alijs est virtutibus interioribus, igitur potentia intelligibile quod actu potest intelligi, potentia remota est singulare, potentia propinqua est in cogitatiua, memoratiua, & imaginatiua &c. Vlterius, illud est intelligibile in potentia, quod habet actum, quod habet formam, idem est esse potentia intelligibile, & potentia vniuersale, declarat Au. primo cœli com. 92. fundamentum vniuersalitatis est forma, dicit fundamentum, quia potentia vniuersalis est potentia intelligibilis, ergo idem est. Vlterius habemus aliud de phantasmate, & dicitur motū, & materiā quomodo, quoniam antequàm fit ipsum phátasma forma intellectus oportet vt moueatur ab intellectu agente secundùm conditionem agentis, quia intellectus agens non est verè agens, nec ipsum phantasma est verè motum, nec verè materia, sed dicitur vt color, dicitur motum à lumine vt videatur, sed non est productum à lumine, sed lumen dicitur agens per similitudinem, quia disponit, sic phantasma dicitur materia secundum similitudinem, quia ad hoc vt intelligatur ab intellectu possibili, disponitur ab intellectu agente idest illuminatur, & virtute ipsius intellectus agentis, qui est vniuersale per essentiam illuminatur phantasma, quod in intellectus possibilis potest ipsum intelligere, ergo, non verè materia, nec verè res mota, sed per similitudinem, quia intellectus agens, non verè agens ergo phantasma sua natura intelligibile, quia in actu disponitur, & sub hac ratione dicitur materia, tertio habet quod est motor ut moueat intellectum, quomō, cùm phátasma fuit dispositum non dispositione recepta in ipso, sed vt in coloribus cum intellectus deduxit de ordine in ordiné dicitur materia non verè, sicut non verè materia, nec verum motū, sic nec verè motor, & ideo dicitur potius forma & quia forma est idé quod agens. 4. cœli 1. Au. ideo ipsum vniuersale idest phantasma illuminatum dicitur motor non verè, quia coincidit cum forma, ideo non est agens distinctū à forma, vt in generabilibus, & corruptibilibus, sed coincidens cum forma, sicut deus respectu cœli est forma, agens, & finis vt coinciduut, Deus ergo dicitur agens, vt coincidit cum forma sic phantasma dicitur forma intellectus quia non verè motor, sed per similitudinem, vt coincidit cum forma, ergo habemus quòd intelligibile est quoquomodo motor. Quarto, quid est intelligere. Dicunt latini, quòd est qualitas producta effectiuè, aliqui dicunt ab ipso intellectu possibili, vt Scotus, & ab obiecto. Alij dicunt ab ipso intellectu possibili informato spetie intelligibili: Alij dicunt ab ipso intellectu agente vt Iandunus, ergo secundùm ipsos intelligere est qualitas effectiue producta, vel ab obiecto, & in intellectu possibili, vel ab intellectu possibili informato spetie intelligibili, vel ab ipso intellectu agente, & phantasmate, sed hoc nihil est: Sed intelligere est duplex secúdùm doctrinam At. com. 21. & 22. formatio, & fides, intelligere est formatio, & est receptio ipsius intellectionis idé est receptio intellectus, quod formatio, alia dicitur fides, & hæc est cōpositio, & diuisio, & discursus, & hic est discurrere, componere, & diuidere, iste actus sequitur ipsam formationé, & ad istam concurrit, effectiue intellectus, informatus tñ ab ipso intelligibili ergo duplex intelligere, formatio, & fides, & nos loquimur de primo, quod dicitur formatio. Patet etiam vtrum sit intelligere qualitas, quod non, sed est idem ipsa intellectio, quod receptio, & nihil aliud est intelligere, nisi recipere intelligibilia.

SOLVTIO RATIONVM SCOTI. Cap. IIII.

Sol. ad 1 SVPEREST respondere rationibus factis pro opposita opinione: Erat prima ratio, vniuersale est obiectũ intellectus &c. domini ista ratio habet errores innumeros, tot errores, quot verba, per ea quæ dicta sunt superiori capite, respondetur vniuersale est obiectum intellectus, concedo, ergo præcedit actum intelligendi, concedo vniuersale in potentia præcedit ipsum intelligere, sed an in intellectu præcedat ipsum intelligere, hoc est dubium, quòd præcedat vniuersale in potentia, Scotus d. quod in ipso intellectu saltem obiectiuè præcedit in ipso intellectu, ego dico non, imò dicitur vniuersale, quia intellectũ in actu ideo vniuersale in actu, vt d. Au. & non est vniuersale in actu ante intelligere, ergo vniuersale in actu, non præcedit ipsum intelligere, vniuersale vt est motiuum ipsius intellectus præcedit intelligere respondeo quòd motiuum intellectus dicitur phantasma intellectum ab intellectu agente dicitur vniuersale in actu quando est intellectum in illo priori est motiuum intellectus, concedo quoquomo non est verè motor, quia idem quod ast motor, & forma ipsius intellectus, & sic dico quòd ipsum intelligibile in potentia est phantasma, ipsum intellectum in actu est vniuersala, idem est intelligibile in potentia, & intellactum in potentia, & intelligibile in actu, & intellectum in actu, non facio differentiam inter ista, phantasmata men dicitur motor vt intellectum. Contra dices tu vniuersalitas est conditio obiecti, concedo, sed ista conditio obiecti, non est ex natura obiecti, quia ex natura obiecti est singulata, declarat Auer. 5. met 3. vniuersalitas cõuenit formis, non vt formæ sunt, sed per accidens, vt sunt in intellectu vniuersalitas est conditio obiecti idest præcedit actum, capiendo vniuersale in potentia non tamen ibi est actualitas, sufficit quòd vniuersalitas præcedat in ipso agente, virtute cuius fit vniuersale in actu, & sic non requiritur quòd obiectum sit vniuersale antequam intelligatur, sed aliquod agens vniuersale per essentiam, faciens ipsum vniuersale in actu, & hoc modo doctrina est clara, non ponendo tot figmenta.

Sol. ad 2 ¶ Ad 2. phantasma mouet secũdùm vnum modũ, ergo &c. Respõdetur phantasma mouet secundùm vnũ modum, ergo dantur species, negatur consequentia, & ad probationem mouerat secundũ duos modos &c. Respondetur quòd phantasma non recipit ipsum vniuersale, ita quòd vniuersale sit in singularibus, tamquam accidens in subiecto d Au. 3. de ani. com. 5. vniuersalia habent duplex subiectum, vnum per quod entia sunt vera, & sunt phantasmata, ergo phantasmata non sunt illa, in quibus tanquam in subiecto sunt vniuersalia, sunt in alio, in quo sunt vnum, & est intellectus, & sic dico quòd non sunt in phantasmatibus vniuersalia, tanquam in subiecto: secundo quòd phantasmata dicuntur causare vniuersalia, quia intellectus facit in eis vniuersalitatem, occasionatur à formis existentibus in singularibus, declarat Au. primo phy. 5. scilicet substantiæ demonstratæ si nõ sunt principia scientiæ sunt principia vniuersalis: quia illa sunt à quibus intellectus abstrahit, & facit intentionem vniuersalem. & sic dico quod phantasma non est subiectũ vniuersalis sed principiũ vniuersalis, secundo non propriè subiectum, nisi veritatis, non est subiectum in quo inhæreat ipsum vniuersale, tertiò dico quod ipsum phantasma non dicitur propriè facere vniuersale, nec repræsentat, sed singulare, sed fit vniuersale, notate verbum proprium quando intelligitur, verum non potest fieri vniuersale, nisi lumine intellectus agentis, exemplum color in pariete, verum faciat visionem coloris, non propriè, quia color est actus diaphani, ideo non propriè motor, sed quia fit forma oculi lumine mediante, tunc causatur intentio coloris, tũc fit visio quando color respondetur in oculo, similiter phantasma nõ dicitur propriè repræsentare, vel causare vniuersale, sed fit vniuersale quando intellectus intelligit, ergo fit vniuersale quando intelligitur verum, in quantùm singulare non, sed in quantum in ipso est quædam forma similis omnibus indiuiduis, ergo dicitur quòd phantasma intellectus fit vniuersale, isto modo non vt singulare, sed vt est forma vna similis omnibus indiuiduis, sic forma dicitur fundamentũ vniuersalitatis, quia ab ea sumitur vna intentio, vna ratio, & hoc est proprium intellectus, ex quo sequitur quod obiectũ est forma nõ causa efficiens proprie, nisi forma intellectus &c.

Sol. ad 3 ¶ Ad 3. concedo totum, sed dico, quod phantasma est principium vniuersalis, vt in eo est quid commune pluribus secundùm aptitudinem, & attributionem, & sic phantasma non repræsentat vniuersale, quia est subiectum singularis &c.

Sol. ad 4 ¶ Ad 4. respondetur quod non dicitur agens reale electiuum, sed solũ intellectiuum, & explicatiuum, oportet vt nouis nominibus, ast agens sicut lumen quod est agens explicatiuum coloris, sic intellectus agens illius quod in ipso phantasmate includitur, declarat Auer. 3. de ani. 5. formæ inquantum formæ sunt intelliguntur ab intellectu, & intellectus intelligit formas in eo quod sunt formæ, idest non intelliguntur composita, sed intentiones

Sol. ad 5 tiones. ¶ Ad 5. respondetur quod intellectus est agens intentionale, & non producens aliquod existens, & ideo dicitur ad quoddam argumentum Baccho: in prologo primi sentent. probans quod intellectus agens est verè agens per Au. 12. met. com. 7. est producens de potentia ad actum ergo intellectus agens est verè agens, probo quia, quod educit aliquod de potentia ad actum est verè agens, ego autem id concedo, quod educit aliquod de vera potentia ad verum actum, modo intellectus agens est deducens de potentia æquiuocè ad actū æquiuocè, sic non est verè agens, sed explicatiuum, ex quo habetis, quod vniuersale pro forma ipsa est in singularibus sicut pars in toto, vniuersalia ergo pro forma sunt i singularibus vt pars in toto, capiēdo vniuersale pro intentione vniuersalis formaliter, quo modo est in causis intellectus, sicut in recipiente æquiuocè, tamen d. Au. 1. met. vnio singularis cum vniuersali est maior, quàm vnio accidentis cum subiecto est maior nexio vniuersalis pro forma, capiendo vt 1. met. 27. accidens vero non est forma, subiecti, sequitur ergo quod est in singularibus, tamquam pars in toto, vt notitia est in causis.

Sol. ad 6 ¶ Ad 6. concedo totum, bene fit vniuersale virtute intellectus agentis, quia fit notitia cùm fit vniuersale, & quia intelligitur &c.

Sol. ad 7 ¶ Ad 7. si nō daretur species, quo modo posset ītelligere magis vniuersale nisi primo minus vniuersale, hoc est contra ipsum, tenet enim quod primum cognitum cognitione actuali est species specialissima, cuius singulare fortius mouet, ergo intellectus non potest mag.s, nisi primo minus. Dico quod qādo dicis intellectus intelligens magis vniuersale, non potest illud nisi primo minus, concedo verùm habitus dicuntur distincti, quia multa prædicta inuestigantur in scientia de vniuersalibus, quæ nō cognoscuntur in scientia de particularibus tamē intellectus non potest intelligere vniuersale, quia illud fit in singularibus, quia intellectus aut est phantasia aut non sine phātasia, & quod ita sit patet 2. de ani. dicebat intellectiuum nō potest esse sine sensitiuo ergo sine illo non operatur.

Dub. ¶ Dices contra si intellectus nō potest intelligere quin phantasia phantasietur, ergo nō potest fœlicitari, quia in illa felicitate intellectio fit per essentiam.

Sol. ¶ Dico quòd illa intellectio est supra cognitionem scientificam, & quæ currit cursu scientiarum speculatiuarum, & est intellectus adeptus, modo nos loquimur de cognitione discursiua in istis scientijs, oportet aūt q intellectus intelligat, vt phātasia phantasietur, & quòd verum 3. de ani. 20. nō reminiscimur autem post mortem, quia intellectus nō potest intelligere nisi cum phantasia, quæ corrumpitur.

Sol. ¶ O & est 8 ratio non posset intelligere vniuersale secundum totam suam latitudinem, nego quia potest discurrere cognoscēdo vniuersalia, magis abstrahendo quiditatem à quiditate, vsque ad simplicem quiditatem 3. de ani. com. 14. & sic soluuntur rōnes fortes istius viri qui credebat quòd phātasma repræsentaret vniuersale, nos dicimus quòd fit vniuersale.

Sol. ¶ Ad 9. Respondetur quòd recipit speciem, non tamen distinctam à sensatione, tamen dato quod reciperet speciem distinctam, hoc est, quia est virtus organica, & si posset recipere in organo aliquam qualitatem realem, non sic in intellectu:

Sol. 10. ¶ Vltima ratio sequeretur quòd ītellectus esset virtus imperfecta, &c. Dico quòd intellectus vt intellectus est virtus perfecta, vt verò cō iunctus corpori, quantùm ad operationem est virtus imperfecta, quia nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu.

Dub. Dubitatur intellectus est locus specierum, ergo recipit species:

Sol. Respondendum est quod recipit formas, vt formæ sunt, vt com. 5. & est locus specierum idest formatum, non compositorum non tamen recipit illas species intelligibiles, sed recipit formas intelligibiles.

Dub. Amplius habitus est qualitas in anima,

Sol. concedo sed nō in intellectu, nisi coniuncto cum sensibus quia separatis, & corruptis animalibus corrumpitur scientia, & sanitas, o intellectio est accidēs: non reale existens, vt albedo in pariete, sed dicitur accidens spirituale in ipsis intelligētijs d. Au est substātia intellectio, quia in eis intelligere semper est in nobis est accidens quia aliquando est, & aliquando non: Ex quibus patet quòd nullo modo sunt necessariæ species intelligibiles.

QVAESTIO NVM DETVR SENSVS AGENS.

PRAEFATIO.

VOLENS Arist. 2. de ani. tex. 139 persol uere quæstioné verú sésus particularis co gnoscat se sentire, in cepit soluere argumétum vnú, quo videtur debilitari posi tio illa, quæ probat sensum particularem non cognoscere propriá operationem: Argumentum autem erat tale, si auditus sentiret se audire, ergo auditio esset sonora, similiter si visus videret coloré, & cognosceret se videre, ergo esset coloratus, hoc falsum est, quia visio nó colorata, nec auditio sonora existit. Volens soluere hoc argumentum quod videtur apprimè difficile, dixit ꝙ videtur lumé, quod videntur tenebræ, & nó tantú coloratum existens, & accepit vnú, circa quod erit nostra quæstio, quòd cum visio sit operatio, sit motus æquiuoce, auditio sit operatio ꝑducta ab audibili, hic actus, cú à sonabili, producatur, oportet vt recipiatur in patiente, hoc autem est sensus, vel organum, vt dicit Simplicius, vel potentia vt declarabimus, sensus. s. instrumentum: Inquit Arist. quòd unne est auditio, quando sonabile mouet auditum siue autem dicatur organum, siue potentia disputabimus: Faciemus domini tres quæstiones, prima erit vtrum detur sensus agens, secunda vtrum actus sentiendi sit distinctus à re sésibili, Tertia vtrum sensus particularis cognoscat suam propriam operationem. Hinc fiet vobis clarú, quátum errarunt latini, qui voluerunt auditioné esse distinctam à re audibili, & quòd actus sentiendi sit distinctus à re sensibili. Primo ergo vtrum detur sensus agens, quòd vt facilius intelligas, nota quòd in sensu tria requiruntur; sensibile ipsum obiectum actu, & potétia quę recipit species sensibiles, & actio: Vt. n. campana est sonus in actu sonante campana, & sic est sensibile, est actu audiés auditus meus, & actio sua operatio, quæ recipitur in sensu meo, qui patitur, & vocatur auditio: Quæro igitur vtrú sit vera ꝓpositio Arist. quòd requirit sensibile in actu, & nú requiratur al a virtus agés hác sensationé. Sed Quorsú fit hæc q̃stio? primo quoniá sensibile est corporeú, & naturale, sentire actio viuétis quo modo ergo actio viuétis proueniet à naturali causa, quę mouet naturaliter?

OPINIO LATINORVM. CAP. I.

IOANNES Gandauensis, & vniuersa latinorú turba imaginata é, quòd circa actus sensitiuos vniuscuiusq; sensus, quatuor cócurrunt, primú obiectú, quòd sit sensibile in actu, secundú species sensibilis, tertiú actio, quartú principiú, quod producat actioné, siue operationé, quod vocatur sensus agens, eodé. n. modo se habet intelligere requiritur phantasma, intellectus possibilis recipiés species illius phátasmatis, & agés intellectus, qui suo lumine causat intelligere: sic dicút isti, quòd in sensu quocunq; sit obiectú, ꝙ causat specié sensibilé, quæ species recipitur in organo sensitiuo, ergo species disponit, & recipit actú sentiendi, qui fit à sensu agéte, ergo datur sensus agens, ergo causa dispositiua est species, causa auté sensationis est obiectú, v. g. cera recipit formá sigilli, figurá eius, qñ auté imprimitur, nó remanet sigillú sed forma hæc est quædá præparatio, vt amic⁹ meus possit cognoscere imaginé illá, sic in sensu, obiectú imprimit in organo specié, vt possit producere sensationé, & hæc Albedo in muro nó causat specié in oculo, quia me necaret, sed causat specié in medio quæ veniens ad organú producit mediáte sensu agente sensationé illá, quoniá species disponit. In hoc organo datur virtus actiua, quæ producit operationé: In visu recipitur species coloris, & recipitur in organo ipsa species, sentire auté & operatio producitur ab agéte, vt obiectú producat, specié sensibilé, & virtus hæc actiua producat operationé hoc tenet Gáda. Et ꝙ sit verú nota ait Alex. lib. de ani. cap. de intellect. pract. Clarius in cap. de sens. com ꝙ sensus recipit sine materia, & intellectus recipit sine materia, sed in hoc differút, quia sensus licet abdicet materiá, nó tñ abdicat eius códitiones, quoniá cú sensibilib⁹ cómunibus cognoscit obiecta, licet sine materia, sed cú códitionibus materię, quoniá cú magnitudine cum motu, & magnitudo est códitio materiæ, non. d. n. datur materia sine magnitudine, & magnitudo, quæ nó sit in materia secúdú esse, quoniá in ea fundatur, intellectus auté omnino abdicat materiá: Inquit ergo Alex. sensus abdicat materiá, sed nó códitiones materiales, quæ sunt sensibilia communia, cum quibus cognoscit sensus sensibile primú, & sigillum magnum plus ceræ recipit, quàm paruú, & sigillú magnum, & paruum recipiunt sine materia, & differunt in paruitate, & magnitudine sensus ergo non recipit cum materia, sed cum con

ditionibus materiæ, inquit Io. quòd sensus ad hoc vt producat sentire, non sufficit ei sentire in actu, quemadmodum sigillũ sufficit ad imprimendum eius figuram ceræ, sed debet dari vna virtus actiua naturaliter existens in anima sensitiua, quæ producat operationẽ & hæc dicitur sensus agens, & probat duplici argumento, Anima, loquendo in communi, est causa efficiens, formalis, & finalis 2. de ani. 37 formalis, quia actus, finalis, quia adueniente cessat motus, & efficiens, quia causat opus, tunc sic sentire prouenit ab anima, ergo ẽ ipsa erit causa efficiens ipsius sentire, probo quia sentire est operatio, ergo anima erit causa efficiens respectu istius operis, ergo causabit operationes eius speciei, & sic in anima sensitiua erit quædã virtus agẽs ipsum sentire, ergo datur sensus agẽs. Secundo, nonne certũ est, quòd in philosophia operatio viuentis proueniat à non viuente, est impossibile? sed sentire est operatio viuentis, ergo proueniet à viuente, ergo datur sensus agens animatus. Alia ratio, omnis effectus debet habere causam efficientem, & si effectus est vniuersalis, causa est vniuersalis, si particularis, causa particularis, si effectus per accidens, causa per accidens, si effectus per se, causa per se, 2. phy. cap. de causis, effectus ergo intentus a natura debet habere causam producentẽ, sed sentire est effectus particularis, ergo à causa particulari, quæro, quæ est hæc causa, aut obiectum, aut species, aut debet esse vna potentia per se produces sensationẽ, & non obiectũ, quia est corporeum, & à causa corporea nõ potest prouenire effectus incorporeus, & d. Auer. quem ducem habet iste doctor, in 7. met. 37. quòd effectus incorporeus & spiritualis, à causa fluit incorporea, aut erit species, & hoc non, quia tenent latini quòd species disponit organum ad sensationem, species ergo dicunt isti, disponunt, & dispositio nõ est causa efficiens, non ergo ab obiecto, quia corporeũ, non à specie, quia non est causa efficiens: Addatis sentire est effectus viuentis, species non est viuans: & vos scitis, quòd generatio fit ab vniuoco, ergo debet dari vna causa viuens producens hunc effectum, ergo datur sensus particularis agens sensationem ipsam: Hæc est opinio Io. Gandauensis.

Succedit positio Egidij, qui circa hanc materiam imaginatur ponere sensum agentem, verùm tenet, quòd id, quòd agit non est sensus nam cùm sentire sit opus viuentis, & cum sit quid spirituale, non potest prouenire à corporeo, & hęc fuit ratio Gandau. cum ergo sensatio sit effectus sine materia receptus, vbi non datur materia, ibi non datur corpus, & hoc spirituale, quod debet producere hunc effectũ spiritualem .i. sensationẽ ipsam vocatur ab Auer. 2. de ani. 59. extrinsecum, vbi d. Auer. quòd sicut in intellectu datur agens, sic debet dari in sensu, verũ dicit Auer. quia latet in ipso sensu, in intellectu autem manifestũ est hoc agẽs propterea Arist. in intellectu agens posuit, in sensu verò minimè: Notate quæso textũ Auer. d. enim sensus habet motorem extrinsecũ, & Egidius inquit, vocatur Deus, qui quidẽ causa sensationis, quoniã causa spiritualis est causa spiritualis effectus: Deus autem spiritus existens, sentire est effectus spiritualis, ergo Deus erit causa ipsius sensationis; Et vltra hanc authoritatem, est alia in lib. de diuinat. per somnia, vbi Arist. dans causam vnde natũ est quòd somniamus multa, quæ non videmus, & prospicimus, dicit quòd huius causa est extrinseca inquit Egid. ecce quòd non debet esse causa intrinseca; quia somniamus, quæ non videmus, ergo causa extrinseca, & non sensitiua, ergo necessaria erit causa agens, quæ erit vel Deus, vel aliqua alia intelligẽtia. Quare tenet Egid. ꝙ datur principiũ actiuũ ipsius sensationis, ꝙ vel erit Deus, vel alia intelligentia, vt supra.

Scotus, qui quoquo modo proprius hac rẽ tetigit, 2. sent. 3. loquens de intellectu, loquitur de sensu, imaginatur .n. quòd sicut intellectus noster patiẽs ab obiecto, & specie intelligibili recepta, quę est causa intellectus agetis cu obiecto primo intellect⁹ possibilis recipit intelligibile, & spatiẽ, verũ informat⁹ specie, causat intellectionẽ, & sic tenet ꝙ etiam intellectus possibilis concurrit particulariter effectiuè ad operationẽ eius. quando recipit obiectũ, quando recipit speciem, passiuus dicitur, quãdo autem vtrunq; actiuus dicitur, & sic tenet, quod vnus idemq; intellectus potest dici actiuus, & passiuus, agens, & possibilis, dicitur .n. passiuus respectu obiecti, & speciei, respectu verò vtriusq; dicitur actiuus. Dices (vt hoc etiã attingam) ergo idem erit agens, & patiens, Dico (inquit Scotus) quòd verum est, quòd materia, & efficiens non coincidunt, loquẽdo de materia ex qua fit aliquid, cum insit, quam dafiniuit Arist. 1. phy. 82. sed materia in qua, & efficiens coincidũt, qualis est intellectus possibilis respectu speciei, & obiecti, imò tenent latini, quod substantia est causa materialis, & efficiens accidentiũ, & tamen vna, & eadẽ res existit, hoc autẽ non inconuenit, quoniã substantia dicitur causa materialis accidentiũ, nõ ex qua, sed in qua fundantur, vt in subiecto, vt adeo nõ inconuenit, vnam, & eandem rem posse dici & efficientem causam, & materialem, loquendo de causa materiali in qua, licet materia ex qua nunquam coincidat cum efficiente, & sic intellectus possibilis dicitur passiuus, & agens: passiuus respectu speciei, & obiecti, actiuus respectu vtriusq, & operationis: Eodẽ modo de sensu inquit, quòd primo recipit speciem sensibilem, & recepta causat sensationem virtus sensitiua, & sic idem sensus causat sentire, & recipit speciem, ergo datur sensus agens, vt

rùm vnus, idemq; sensus existit, & dicitur passiuus dum recipit speciē siue materia, actiuus verò dum causat ipsum sentire, ipsamq; sensationem, & sic ille met sensus, qui agit patitur, sicut intellect⁹ possibilis dicitur passiuus dú recipit speciem, actiuus verò dum intelligit, & hoc modo tenet Scot⁹ quòd datur sēsus agēs.

Albertus cognomento magnus hic imaginatur quod forma habet duplex esse, vt declarauimus in superioribus, quoddam esse quantitatiuum, & corporeum, tantam dixeris esse albedinem, quantam dixeris esse superficiem illius albedinis, alio modo consideratur forma, vt abstracta à materia, licet non sine eius conditionibus, sed habet esse spirituale, tunc dicit Albertus quòd sensatio prouenit à forma, non habente esse in materia extensum, sed prouenit sensatio à forma denudata à materia, vt dicat sentire, & sensationem ipsam prouenire à forma, verum nō à forma habente esse in materia, sed spirituale, & Auer. 7. met. 27. inquit formæ habent duplex esse alterum in materia, alterum in intellectu.

Suessanus præceptor meus inquit quòd est necessarium, vt ad sensationem concurrat causa efficiens viua, sed nota, inquit ipse, quòd omnia, quæ sunt in his inferioribus sunt mediante cœlo 8. phy. 47. & si Auer. non esset Arist. 2. de genet. animal. dicit cœlum est veluti pater, quare cœlum agit in hæc inferiora, sed inquit, nota quod cœlum consideratur dupliciter, vt primum corpus, & hoc vocatur primum alterans, vel vt habet intelligentiam sibi vnitam, quæ est anima eius, tunc inquit iste doctor, quòd ad actionem nostri corporis concurrit cœlum & primū alterans, vt corpus primū, vt autem habet intelligentiam sibi vnitam, cō currit ad operationes animæ, quæ producūtur à cœlo, vt viuo, quando est viuens, & habet vitam, & sic tenet, quòd causa ipsius sentire est cœlum ipsum animatum, quoniam hæc operatio viuēs, illa causa viuens, hæcq; operatio spiritualis, & immaterialis, illa causa immaterialis. Hæc sigillatim dicunt latini omnes.

CONFVTATIO HARVM OPINIONVM. Cap. II.

ISTAE positiones, sunt potius cōfusiones: primo cōtra Gandа: positio sua non est peripatetica, pro cuius confutatione, suppono vnū, quod quando sunt duo effectus mutuo se consequentes, si vna causa potest vnum effectum, in quo maiora requiruntur, potest illum effectū, cui pauciora tot cōueniunt, quando tamen hi effectus se consequantur, est.n. regula philosophorum, quod est causa causæ, est causa causati, dū modò effectus se consequantur, & si natura potest producere totum hominem, non ne poterit producere animam ipsam vegetatiuā & sensitiuam: tunc sic, obiectum per te causat speciē, & illa venit ad oculūm, & obiectum est corporeum, & species est spiritualis, ergo obiectum corporeum causabit quid spiritualius & tu dixisti quòd obiectū non causat sentire, quia obiectum est corporale, & sentire quid spirituale & effectus spiritualis non efficitur à causa corporea. Amplius sentire est effectus spiritualis, à quo producitur bone Ioannes? Dicunt ab obiecto cum specie ad quid conuertit species, ergo ad productionem concurrit aliquid spirituale: ad causandum speciem nullum spirituale concurrit, cur dicis quòd obiectum non concurrit ad sentire, sed obiectū et species, non ne scitis quòd effectus immediatus producitur à causa immediata, ergo facilius erit causari sentire ab obiecto, quàm à specie. Sed posset aliquis dicere in fauorem istius hominis. Respōdeo, & dico quod sentire est effectus viuentis, & ideo à viuente, sed species non est effectus viuentis, ideo à corpore. Aduertatis hic q̄so, facio hoc argumentum, tu dicis quòd sentire non est ab obiecto, species est ab obiecto, quia non effectus viuentis, quæro vel sentit sensus, vel non, si sentit, ergo incidis in foueam, quam euitare desideras, si sentit, ergo recipit, & producit, hoc autem est falsum, & Auer. 2. de ani. 60. d. nil aliud sentire, nil recipere, ergo non dicitur hæc potentia actiua, quia tunc esset actiua, & passiua, & vide textum 59. 2. de ani. inquit Ar. differt autē, quia huiusmodi actiuæ operationes extra sunt, visibile, & audibile, similiter autem & reliqua sensibiliū, inquit Arist. quòd datur causa producens intelligere, & producēs sentire, sed differunt, quia causa producens intelligere est interior, & producens sentire est exterior, vt visibile, & audibile, ergo tenet Arist. meus quòd sentire proueniat ab obiecto tanquam ab efficiente, quia dicit actiua idest effectiua sunt extra, idest extrinseca, vt visibile, & audibile. Et in textū 141. dicebat sensatio nil aliud est, nisi sensibile in actu ergo non datur vna virtus actiua, animata, quæ producat sensationem quoniam ab obiecto in actu producitur sensatio hæc. Quare hæc positio non potest stare.

Contra Egidium effectus particularis habet causam particularem, sentire est effectus particularis, ergo debet habere causām particularem: tu ponis Deum, qui est causa vniuersalis, quia in doctrina tua o, Egidi non solùm Deus concurrit ad sensationem, sed ad intelligere, & vegetare: cū ergo Deus sit causa vniuersalis, quomodo p̄ducet sentire, qui est effectus particularis? Amplius nō ne scitis quòd æternum,

& corruptibile differunt plusquàm genere, si 1. causa æterna, & sentire est effect⁹ corruptibilis, ergo nunquam producet sentire, aliter causa æterna causaret effectum corruptibilem. Amplius dubitatur in via Philosophi vtrum intellect⁹ agés sit deus, & tu vis ponere quòd deus sit sensus agens, arguo sic, sicut intellectus agens est vna differentia animæ rationalis, ita sensus agens si daretur esset vna differentia animæ sensitiuæ, sed ambiguum est vtrum intellectus agens sit deus, quantòmagis sensus agens non erit Deus?

Tertio Scote, ego vellem scire à te resolutionem huius argumenti, dixit Arist. audibile causat speciem, quare arguo obiectum non causabit intelligere, si causat speciem: cum illa causa, quæ potest causare vnum effectum maiora requirentem, causabit, & illum, qui pauciora requirit; hocque argumento fuit reprobata Io. opinio, ad quid ergo actiuitas in sensu? Et Arist. ait quòd sensus ast pati, & inquit quòd sentire est sensibile in actu, ergo illud quod efficit est sentire, tunc sic, si obiectũ potest causare, & causat speciem, cur non causabit sentire? Et dixit Arist. sensus, siue sensibile in actu, & ipse actus: secundo tenet Scotus quòd causa, quæ concurrit est equiuoca particularis 2. sent. dist. 26. quando inquitur quomodo concurrit voluntas &c. Sol causa æquiuoca particularis, perfectior Socrate, sic intellectus est potentia, quæ est perfectior intelligere, similiter sensus respectu sentire causa efficiens æquiuoca: sunt causa particularis nobilior suo effectu, quoniam sensus producit secũ sentire, aut perfectior, aut non, si perfectior, hoc est contra te Scote, quoniam causa particularis est nobilior, si imperfectior hoc est, cõtra Arist. 2. de ani. 57. quando sensus est recipiens sentire, tunc est perfectior, dummodò fuerit obiectum proportionatum, sic intelligitur, si ergo causa est perfectior, non perficeretur sensus dũ recipit sensibile vt voluit mens Arist. loco allegato, si non est perfectior hoc est contra te, si perfectior, ergo non perficitur dum recipit obiectum sensibile ipsum: sed sensus tunc perfectior quando producit sentire, sensus enim à sensibili perficitur, dummodò tamen sit proportionatum: Eodem pacto arguo de intellectu, quando producit, vel perfectior, vel imperfectior, si perfectior ergo nõ producceretur ab intelligibili, si imperfectior, hoc est contra teipsum, qui ponis causam particularem æquiuocam, nobiliorem suo effectu: Quare Scotus non videtur sibi constans, & hoc argumentum non posset soluere tota simul Scotistarum turba. Amplius scriptum repetio, quòd sensus cõcurrat actiuè, vide Aue. (qui parùm vaticinatum fuisse videtur) 59. & 62. textibus 2. de ani. sentire, nil aliud est, quã comprehendere, & quando sensus recipit, tunc sentit, quoniam si quando sensus recipit non sentiret, tunc non differret receptio sensus dum sensibile recipit, à receptione quam facit materia de forma, ipsam recipiendo. Quare Scoti positio nil valet.

Contra Albertum, nollem disputare super eius dicta, quia non videntur ad propositum, peto à te quomodo potest prouenire actio viua à non viuente? cùm ergo sensus sit actio viuẽtis, quomodo prouenict ab hac forma abstracta à materia, quæ non est viuens, est bene habens esse reale, vt est in medio habet esse spirituale, non causat intellectionem, nisi ope intellectus agentis, ipse intellectus possibilis, & sic datur sensus agens, quem negauit.

Suessanus præceptor meus facit multas instantias, sed hanc vellem solutam, quam si solueret, acceptarem eius positionem, reuerenter arguo, quoniam cœlum, vt animatum concurrit ad omnes effectus, sed vt corpus non cõcurrit ad operationes, ipse, qui se Auerroistã profitetur, non ne dicit Auer. 7. phy. com. 2. cœlum vt corpus corruptibile, cœlum quidẽ sine anima non mouetur, quomodo ergo ageret ad operationes corporis? vt corpus non agit: hæ sunt nugæ, quando dicis, vt animatũ ad sensationem, vt corpus ad functiones corporis, falsa propositio, anima cœli est quæ dat esse, & lumen his inferioribus, imò inquit Ari. 2. cœli, quòd si nõ esset hæc anima, cœlum duceret vitam infelicissimã: Amplius vocaretur intellectio, non sensatio. Vltra esset opinio antiquorum, quòd in cœlo esset anima sensitiua, anima enim intellectiua non potest producere sentire. Positio ergo ista cum venaratione est falsa. Istę sunt vanę opiniones, Ideo omittũtur.

OPINIO GRAECORVM.
Cap. III.

MAGISTER simplicius lumẽ græcorum in texto 139. 2. de ani. digreditur, & etiam in textu 59. & vult quatuor, Primum, cùm sensus nostri sint instrumenta intellectus, habent hoc, quòd possunt percipere suas operationes: Secundum, quia instrumenta intellectus sunt, habent hoc, quòd sint rationales, quia coniuncti rationi, Amplius sensus non facit colores, sed esse cognitos, ergo cognitio sensitiua à sensu. Tertium si patitur, patitur ratione organi, quia calefit, frigefit alteratur, corrumpitur organum, sed illa, quæ agit est virtus sensitiua. Quartum datur virtus actiua, & passiua, quæ

patitur ratione organi, & cõfirmatur hoc, quã nis ipſe non dicat quòd virtus non patitur, ſed organum patitur, & deſtruitur, & hoc eſt illud quod dixit Ariſt. ſi ſenex acciperet oculum iuuenis, videret vt iuuenis. Vltra quòd hæc virtus, hæcq; potentia ex ſe excitatur circa cognitionem rerum ſenſibilium, & non eſt ineoueniens quòd perfectum cauſetur à non perfecto, & hæc virtus non excitatur ab obiecto, quomodo obiectum, quod eſt imperfectum cauſabit ſentire, quod eſt perfectum, ergo ab anima proueniet hæc ſenſatio, ergo datur vna virtus perfecta, quæ cauſat ſenſationem, & ſic datur ſenſus agens. Vt intelligas fundaměta ſimplicij, debes ſcire, & ſic hoc primum ſuppoſitum ſimplicij, ſenſus differt ab intellectu 2. de, ani. à textu 50. vſq; ad 52. aſſimilatur ipſe ſenſus dormientibus, qui habemus ſcientiã, & nõ vtimur illa, & in tantum tenet Alex. intellectus eſt intellectus dum intelligit, & quando non intelligit vocatur facultas, ergo ſenſus eſt actus, licet ſit potentia ad opus, intellectus autem non eſt actus, ſed pura potentia. Quare ſenſus actus. Secundo nota, & eſt ſecundum ſuppoſitum, quòd intellectus patitur, & ſenſus patitur, verum alio, & alio modo, & vide textũ, 7.3. de ani. intellectus patitur, ſed non ſic vt, ſenſus, & ſenſus reſpectu virtutis non patitur, imò impaſſibilis eſt, & impartibilis, tenet ſimpl. hic, ſed patitur ſenſus reſpectu organi, quomodo patitur vis ſenſitiua reſpectu organi, ſed intellectus, cũ nõ ſit cõiunctus organo, nõ patitur. Tertium ſuppoſitum quòd ſumitur à Philopono, & Themiſtio loco allegato, & ipſũ declarat Auer. nos habemus tres receptiones, ſiue triplicem modum receptionis, recipit materia, recipit intellectus, recipit ſenſus: recipit materia, vt cera formam ſigilli, & recipit partibiliter, & diuiſibiliter, ſenſus autem recipit impartibiliter, ſecundo apprehẽſio ſigilli, quã facit cera eſt ſine cognitione, ſenſus autem apprehendit cum cognitione, Quartum ſuppoſitum, quòd cognitio iſtius formæ eleuatæ à materia, eſt opus ipſius animæ, quoniam ſi cera apprehendendo formam ſigilli ſentiret, cauſaret ſenſationem, inquit ſimplicius, illa apprehenſio, qua cognoſcitur eſt ratione animæ, anima ergo facit, & cognoſcit, licet repreſenterur ſpecies ab obiecto, tamẽ vt cognoſcitur eſt opus animæ viuentis, quia hoc non differret ab impreſſione ſigilli, & hic actus prouenit à viuente, & non ab illo, quod non habet rationem vitæ, & ſic datur anima ſentiens, & faciẽs ſenſationem, anima ergo dupliciter patitur, vt in organo, & ſic patitur, & dicitur ſenſus paſſiuus, alio modo vt anima, & ſic facit ſenſationem, Quare voluit præter ſenſus declaratos ab Ariſt. dari vnam potentiam actiuam, quæ colores cognitos eſſe faciat, & ſicut datur intellectus agens, qui ĩtelligibilia potentia, ad actũ, vt intelligantur, deducit, ſic debere dari vnũ ſenſum agentem ſenſationem, & quod ſit virtus iudicans, & ſe, & ipſum ſenſibile quamuis non ſine præſentia ſenſibilis, ſed ex ſe hæc oritur cognitio, Nam in ſenſu duo inſpicimus, & organum, & potentiam: organum quidem infrigidatur, calefit, alteratur, patitur, & cognoſcit: ſed potentia facit, vt ſenſibile, quod recipitur in organo cognoſcatur v. g. quando recipitur ſigillum in cera, ſi in ipſa eſſet vna potentia, cognoſceret tunc cera, quia organum patitur, ſed datur vna virtus, quę cognoſcit ſenſationem, ergo dabitur ſenſus agens. Et ſi diceres, Ariſt. dixit ſenſus eſt recipere, & pati: Dico quòd patitur ſenſus, ratione organi, non autem ratione potentiæ, & animæ: imaginatur ergo quòd organum vltra animam ſuam, habet animam virtutem actiuam, in organo eſt eius anima, & ſic conſidero animam organi, 2. de ani. 10. anima oculi eſt pupilla, ſed vltra animam organi, datur vna alia potentia agens, & actiua ipſius ſenſationis, & ſicut datur intellectus poſſibilis, qui patitur, & intellect⁹ agẽs, qui agit intellectionem, ſic datur organum, & eius anima quæ patitur reſpectu organi, ſic quoq; datur ſenſus agens, qui agit ſenſationẽ, ſic enim potentia olfactiua patitur cum organo, ſed datur diſtincta vna potentia ſuperior, quæ facit ſenſationem, & mouetur ex ſe, ſed non ſine ſenſibili, & ſic facit, vt hoc ſenſibile cognoſcatur, & quod hoc imaginetur, legas quæſo eius verba, inquit enim in expoſitione textus 138. in medio quaſi ſui commenti. Quapropter non patitur, ſed agit colores ipſe viſus, neq; id efficiendo, ſed iudicãdo facit, ideoque, neq; quod cognoſci debeat, extrinſecus ſibi oppoſitum ſenſus id recipit. Non recipit, ſenſus agens, ſed organum: Quomodo ergo agit ſenſus? non efficiendo, ſed vt cognoſcantur ſenſibilia, ideo, quando cognoſci debẽt mouentur, ſed ex ſe ſuo appulſu, ergo cognitio non eſt receptio ſecundum ſimplicium, ſed actio agrediẽs rationẽ vt cognoſcatur. ¶ Agreditur autem cùm patitur ipſum ſenſorium antea ab ipſo ſenſibili: ¶ Patitur ſenſorium recepto obiecto, non eſt hæc cognitio, ſed excitatur & facit, vt cognoſcatur obiectum. ¶ Quamobrẽ vim illam recipiendi, non de ſenſu, ſed de ſenſorio, Phyloſophus dixit. ¶ Hoc fuit examinatum in noſtris lectionibus ſi eſt verũ, vel non. ¶ Quandoqnidẽ affectio illa, quæ in ipſo oritur ſenſorio à ſenſibili fit. ¶ Organum patitur, quandoquidem actio ſenſibilis recipiatur in organo, imò dixit Phyloſophus, actiones, & operationes denominãt paſſum. ¶ Quoniam autem patitur, non quemadmodum corpora, illa, quæ anima carent, nec quemadmodum quæ ſola vegetante vita viuunt, ſed tanquã eam viuens vitam, quæ cognoſcendi vim habeat, agendo illam affectionem recipit. ¶ Non

ergo

ergo patimr. Quomodo nō patiturvt corpora illa, quæ anima carent: Volt simplicius quòd datur sensus agens, qui facit, vt obiecta cognoscantur, quæ nō patitur, sed præsente obiecto excitatur, & facit, vt obiecta cognoscantur, & patitur organum sentiendo, dicit quòd sentit, quemadmodum viuens, ergo viuum, sed vltra habet aliam animam, sed organum cū sua propria anima patitur, ergo organū patitur. ¶ Ita vt iuxta instrumentum quidem, vitam passibilis illa actio fit, iuxtà autem illam, quæ instrumento vtitur, pura existit, atq; ex rationum appulsa, illa actio fiat. ¶ Videtur simplicius ponere duas vitas, alteram organi, & hæc patitur, alteram respectu appulsos, & hic est sensus agens. organum ergo patitur cum sua anima, sed altera anima, agit cognitionem sensibilium, sicut intellectus posibilis, qui patitur, intellectus autem agens, agit intellectionem. Notate simpl. 2. de ani. 62. dicit. Non tamen quia faciat, quemadmodum causæ illæ, quæ efficiendi vim habent, sed indicando, atq; cognoscendo, & subdit, ipsa verò affectio, seu passio, qualis sit, in ipso permanet sensorio, & sic dicit quòd patitur anima respectu sensorij: sed quid passio vitalis? In hoc est difficultas: Idem igitur habetis, quod vult simpl. quòd organū patitur, & quòd sit viuum, & quod quando recipit, patitur, & quòd sit viuum organū, quoniam habet animam: Et sic datur sensus agens, o, sentire est pati: Dico, respectu organi, & hoc concedo: Vt declarem melius hoc simplicij, notate: Ego apprehendo colorem, quòd cognoscatur, non est ratione sensus, sed est ratione superioris potētiæ, & virtutis efficientis sensationem, & sic tenet, quod organum est id quod patitur, & quòd sit animatum, cuius anima si patitur, patitur quidem ratione organi, quod animat, & quòd præter animam organi, datur vna alia anima, & virtus, quæ agat cognitionem sensibilium.

Propter hoc Plutarchus descendit ad aliam opinionem, vt refert Io. etiam quòd nullus sēsus cognoscat opinionem suam, verùm datur alia virtus, quæ est optima, quæ habet cognoscere me gustare, me videre, me sentire, quia hęc est quædā virtus quæ coniungit infima supremis, quæ cognoscit infima in supremis: Pro quo notate inter omnes virtutes est infima intellectiuarum, & suprema sensitiuarum, quæ opinio est, quoniam cùm Arist. locutus fuerit de omnibus sensibus, vltimo loquitur de opinione, tanquàm de suprema omnium sēsuum, est quæ cognoscit operationes omniū sensuū particularium, cognoscit me videre, me audire, me gustare, ratio est, quoniam est infima intellectiuarum, & suprema sensitiuarum:

Inde dicit Phyloponus, quòd debet dari vna virtus, quæ sit animæ rationalis, quæ cognoscit me videre, me gustare, me audire, me habere famem, & vocatur virtus attentiua, datur ergo hæc virtus, inquit ipse, & hæc cognoscit operationes sensuum, Et arguit sic, illius virtutis est cognoscere omnes actus sensus, cuius est dicere me vidisse, me gustasse, sed nullus sēsus debet dicere me tetigisse, me gustasse &c. ergo datur hæc virtus attentiua, quæ cognoscit sensuum operationes. Quòd sit verum, inquit Io. hæc est adeo necessaria animalibus, quòd quandoq; obiecto pręsente, non caussatur actus, ergo inquit Io. Gram. datur hæc virtus, quæ habet cognoscere sensuum operationes. Neq; potest esse sensus cōmunis contra Alex. quoniam sensus communis cognoscit species corporeas, dulce, amarum, operationes autem sensus, cùm sint incorporeæ, quomodo cognoscentur à sensu communi. Hinc inquit Io. malè dixit Arist. visionem esse coloratam quoniā. Nec potest esse quòd sensus particularis, cognoscit suam operationem nam reflectit se supra se, quemadmodum intellectus, sed sensus, quomodo reflectit se supra se, cùm sit virtus organica? quare, neq; sensus particularis cognoscit suas operationes, & ideo inquit malè dixit Arist. Hæc Græci dicunt super hanc materiam.

EXTIRPATIO OPINIONVM GRAECORVM. Cap. IIII.

PRIMO simplicius sūmopere peccat in doctrina Philosophi, defendendo quòd datur sensus agēs, nec eam quæso teneatis, quia est falsa, & est opinio Platonis. Vide quæso Alexandrū nostrum regem Phylosophorum. 2. suo lib. de ani. 18. qui statim post principium hæc verba protulit. ¶ Quemadmodum in omnibus, quæ coniunguntur est aliquid patiens, & agens, & tertium, quod ex his proficiscitur, similiter quidem in sensibus, sensorium enim est patiens, agens verò sensibile ipsum, quod verò sit est apprehensio, quę fit per sensorium sensus, eodem fermè modo existimauit in intellectu, oportere esse quendam actiuum intellectum, qui intellectum in potestate, & materiale in actu posset educere: Est autem is actus, vt omnia etiam intelligibilia reddat, valut enim sensibilia sunt, quæ vt sensus secundùm actum, & in actu sit, faciunt, ita etiā oportet esse aliqua quæ intellectum in actu esse faciant, quæ sunt ipsa intelligibilia. ¶ Vult Alexand. quòd in omni actione, concurrunt duo scilicet agens, & patiens, in domo. n. cōcurrit fabricator, & lapides,

pides, sic in intellectione, & sensatione, & vult inuenire Alex. quomodo intellectus possibilis concurrat ad intellectionem, & quomodo intellectus agens, & idẽ de sensu vult ostẽdere, & inquit, quòd quemadmodum in omnibus rebus, quæ efficiuntur, tria sunt necessaria, agens, patiens, & id, quod resultat, sic in intellectione, omittamus pro nunc de intellectione verba facere, dicamus tantùm sensatione: Inquit Alex. quòd agens est sensibile patiens est sensorium, id, quod resultat est apprehensio, & ipsum sentire, & sensatio ipsa: efficitur autem apprehensio sensibilis per sensoriũ, ecce contra simplicium, qui vult, quòd sensorium, non apprehendat, & inquit Alex. agens vèrò sensibile ipsum, ergo non sensus, & sicuti in intelligere est phãtasma, & est intellectus agens, qui nobilior est ipso phantasmate, eodẽ modo si in sensatione daretur sensus agẽs, esset nobilior obiecto, modò dictum fuit, quòd agens est sensibile: Præterea patitur organum, potentia autem respectu obiecti, quæro, ò simplici, vel hæc passio est vitalis, & cum cognitione, vel non? si patitur, & hæc passio est sine cognitione, hoc est contra te met ipsum, qui dixisti, quoniam autem patitur, non quem ad modum corpora illa, quæ anima carent, ergó vt corpus animatum, ergo cum cognitione, ergo cùm patitur, cognoscit: Amplius si pateretur sine cognitione, ergo vna esse receptio materiæ, & organi, Sine cognitione, ad quid ponis illam virtutem, quæ cognoscat hãc operationem, ergo organum patiendo cognoscit, nec dices oppositum, quia tunc reciperet sine cognitione, quod falsum demonstrauimus: Nisi diceretur, quod quando patitur, cognoscitur ab illo sensu agente, & hoc non potest esse, quia tunc esset sicut receptio tabulæ, si ergo haberet ab illo sensu agente, ergo haberet aliunde, & nunquam repertum est hoc in doctrina Arist & videte ipsum 2. de ani. textu 10 nunquam hoc repertum est quòd organũ possit pati sine cognitione, nunquam quidẽ Ari. fecit mentionem de hac anima, nec inuenietur in doctrina eius, tunc arguo, aut sunt duæ animæ, aut vna, si vna, ergo organum videt: vidistis quòd operationes sunt partium dissimilarium, si duæ, ergo respectu vnius operis, duæ virtutes, ergo non actio, si vna, ergo sufficit anima organi ad cognoscẽdum: si dicis, quod datur alia virtus præter virtutem organi, ergo respectu vnius operis duæ animæ: Profectò nescio quomòdo posset solui, Amplius non ne habet Arist. pro inconuenienti, quòd duo accidentia eiusdem speciei sunt in vno subiecto. 5. met. cap. de accidente? quantò magis ergo habet pro absurdo duas formas esse eiusdẽ subiecti? tũc sic, si de quo minus, ergo & de quo magis, sed minus videtur accidentia duo non in esse eidem subiecto, & tamen non in sunt, ergo tantò magis duæ formæ, non in sunt eidem subiecto: Amplius si daretur hæc virtus alicubi de ea Arist. mentionem fecisset, sed nullibi meminit ergo &c. Etenim loquens de visu, dicit, quòd datur vna potentia visiua, quæ recipit colores, loquens de olfatu dicit, quòd datur vna potentia olfati, & recipiens odores, loquens de gustu, dicit, quòd datur vna potentia gustatiua, & recipiens sapores, loquens de auditu, dicit, quod datur vna potentia auditiua, recipiens sonos, loquẽs de tactu, dicit quod datur vna potentia tactiua, recipiens qualitates calidum, frigidum, humidum, siccum, & tandem quòd illa potentia nil aliud sit, quàm actu sensibile: si ergo Arist. semper dixit. quòd sensus est talis potentia, qualia sunt sensibilia in actu, ad quid ergo tu ponis sensum agentẽ? Ergo Arist. esset mancus, quemadmodum. n. non reliquit intellectum agentem, quare sub ticuisset (si daretur) sensum agentem? Ampli9 Arist. 2. de ani. tex. t 40. inquit quòd vna met actio, atq; passio ad diuersa comparata, habẽt diuersam habitudinem, & inquit quòd sonus vocatur sonus respectu causę producentis ipsi9 sonatiui, vocatur autem auditio respectu auditus, nõ est verũ, ergo quomodo vocauit actionem respectu potentiæ, vocauit domini passionem respectu potentiæ, vt respectu auditus vocauit auditionem, cur tu dicis actionem? Si auditio respectu potentiæ esset actio, ergo respectu potẽtiæ, & obiecti, semper diceretur actio. ergo vna, & eadem res, non diceretur actio, & passio, sed semper actio, quod absurdum videtur dicendum, Et si tu dicis, quod loquitur de organo, hoc non potest esse, quoniam per te organum recipit, & non sentit, Arist. dicit auditionẽ, & non receptionem, ergo esset actio eiusdem, tam potentiæ, quam obiecti, hoc autem falsum, quoniã dicitur actio respectu sensibilis, dicitur passio respectu potentiæ secundum Arist. quòd si tu valles quòd dicatur actio respectu potentiæ, argo diceretur passio respectu obiecti, quod absurdissimum esse videtur: Amplius 2. de ani. 62. volens definire potentias animæ inquit, sensitiuum est potẽtia, quæ est actu sensibile, si da organo, hoc est falsum, quoniam organum per te non sentit, si de potentia, ergo debet reduci ad actum, ergo non est actiua, sed passiua, tu dicis quòd ex sa excitatur, hoc est solùm Dai, & intellectus agentis: Amplius 3. de ani. tex. 2. inquit Arist. si intelligere ipsum est sicut sentire, aut pati aliquid vtiq; erit ab ipso intelligibili, aut aliquid aliud tale, tunc quæro quid per pati Arist. intelligit, aut receptionem organicum cognitione, aut receptionem organi sine cognitione, non sine cognitione, ergo cum cognitione accepit ibi pati, ergo dum organum recipit, cum cognitione recipit. Vltra videte Arist. 2. de ani. tex. 51 vbi loquens de sentire inquit, sensus autẽ

in eo

In eo quod est moueri aliquid, & pati, accidit, sicut, dictum est, quomodo ergo inquit simplicius quod sentit sensus per mouere, & agere, si Arist. dicit quòd patiatur, & hoc dixit 3. de ani. 2. quòd intelligere est sicut sentire, aut pati aliquid, non ergo datur sensus agens, quoniam sensus consistit in moueri, & pati, & nō loquitur philosophus ibi de organo, sed de potentia sensitiua, de organis autem in libro de sensu, & sensibili loquitur: Amplius vide tex. 2. de ani. 59. ponens differentiam inter considerare, & sentire, hoc est inter intelligere, & sentire, quia consideratio est opus intellectus, differt sentire à considerare, quoniam actiua operationis sensitiuæ sunt extra, quomodo tu ponis hanc animam agentem sensationem supra organum, actiua operationis sunt extra, vt audibile & visibile, hæc autem ò simplici mi sunt obiecta, ergo obiecta sunt actiua operationis, non ergo datur vna anima actiua, quæ dicatur sensus, cùm philosophus voluerit esse obiecta actiua operationis: Amplius tunc non esset differentia inter intelligere, & sentire, probo, quia intelligere indiget intelligentia agente, præsentia phantasmatis, in sentire hæc est intelligentia agentis, & præsentia obiecti, ergo non esset differentia inter intelligere, & sentire, & ideo Arist. non posuit sensum agentē, sicuti in intelligere posuit intellectum agentē: Amplius species, quæ recipitur in organo, non cognoscitur ab organo, sed excitat virtutem supra sensiterium, ergo sine cognitione, & quæ differentia esset, quando recipitur in medio, & quando recipitur in organo, ergo nō differet receptio speciei quæ fit in medio, ab ea, quæ fit in organo: sed Auerroes, & omnes philosophi dixerunt quòd hæ receptiones speciei differunt, & in organo, & in medio: Et si tu diceres, dico quòd hæc species recepta in organo excitat potentiam, vt fiat cognitio, hoc nō potest esse: primo, perte: Amplius Arist. voluit declarare quomodo intellect⁹ fit per receptionem quandam, & passionem, dixit esse quoddam pati, vnde ex hoc non datur potentia actiua, ergo sensus in sentiendo patitur, ergo non agit. Amplius ex hoc, si quis posset dicere, hæc potentia actiua excitatur à potentia existente in organo, contra hoc instabit, quòd non possit stare, tum per dicta simplicij, cum per dicta Arist. primo hæc species est quid corporale, tu dicis, quod sentire est actus viuentis, qui nō potest deuenire à corpore, neque à virtute existente in corpore, quomodo hæc species ergo, quæ per te est quid corporale, excitabit virtutem ad cognoscendum sentire, quod est opus viuentis? Amplius quæro à te, vel hæc excitatio est actio, vel passio, si actio, ergo agit in potentiam, ergo potentia, & virtus illa patitur, ergo potentia actiua pateretur, si potētia actiua primo pateretur, illud, quod patitur est magis patiens, quare virtus illa, quam ponis actiuam esset patiens, & si esset actiua de se, esset actiua & ageret, sed quia indiget excitatione, ideo non actiua, non ergo potest esse, quòd hæc potentia agat: Amplius, & fortius hæc anima, quā tu ponis actiuam, quæro, aut causat actionem suam, aut non, si causat actionem suam ex specie recepta in organo, arguo sic, cognoscit actionem suam, quæro quid primo, speciem, vel obiectum, & idem intelligo per speciem, & obiectum, vel actionem? si cognoscit primo actionem, ergo cognoscit actionem sine obiecto, quod est falsum, quia in actione concurrit obiectum, & sentire, sicut in actione intellectus concurrit obiectum, & intelligere, sentire ex obiecto, & agente, amare ex amante & amore, si ergo primo cognosceret actionem, ergo actionem, siue obiectum, cognoscendo, hoc autem est falsum, si cum obiecto, ergo patitur: Amplius si hæc virtus, quam tu ponis cognoscit actionem, producit ne illam? si non producit, veniendum est ad aliam, & sic in infinitum, si sic, ergo producit in potentia obiecti, si non: falsum est, nam tenet Arist. quòd intellectus possibilis non potest intelligere sine præsenti obiecto, neq; cœlum agit in hæc inferiora sine materia, cuicunque enim potentiæ actiuæ correspondet, & passiua, si est præsens obiectum, ergo patitur ab illo, ergo vni potentiæ competerent duo scilicet agere, & pati, Quòd si diceres, vt Scotus, quòd non inconuenit quòd vnum producat, & patiatur, & sic sit agens, & patiens, loquendo de materia in qua conuenit, quod haud est de materia ex qua: Est enim falsum, non enim datur materia in qua, quæ non sit ex qua, ò, accidentia habent materiam in qua ipsam substantiam. Dico quòd materia in qua est tantum, vt aer respectu luminis, lumen enim est in aere, tanquam existens in materia in qua, & non est aer materia ipsius luminis, & omnes formæ infra cœlum habent materiam ex qua & fortè intellectio etiam producitur à phantasmatibus, & non datur forma, quæ inducitur, & non educitur, quoniam tunc esset opinio Platonis, & ob dit nullam adhibeatis hac in re fidem ipsi simplicio: Amplius si daretur hæc potētia, quæ cognosceret sensationem, & esset agens, & patiens, ergo non differret ab intellectu, quia tunc discurreret, sicquidem intellectus recipit, & postea discurrit, & cognoscit se intelligere ergo nō esset differentia inter sensum, & intellectum, quoniam intellectus, & sensus duas haberēt operationes. Quare opinio sua nil valet.

Itidem opinio Plutarchi talis est, & optimè reijcitur à Philopono: Etenim ego quæro de sensu, & ipse loquitur de opinione. Item differunt sensus, & opinio, quia opinio cognoscit præsentia, & futura, sensus autem tantum præsentia: quomodo ergo opinio cognosceret

ſenſuum operationes: Amplius loquitur Ariſt. de ſenſibus, qui inſunt omnibus animalibus, ſecus autē eſt de opinione, quomodo ergo opinio cognoſcet propriam operationem ipſorū ſenſuum. Amplius inquit Io. opino non poteſt dicere ego ſentio, quoniam ſentire deſcendit ab organo.

Nec quæ dicit Io. Philoponus ſunt vera: Poſuit enim Philoponus tres animæ partes, ſeu facultates, vegetandi, ſentiendi, & intelligendi, & in virtute intellectiua poſuit triplicem facultatem, poſuit opinionem, quæ eſt infima potentiarum intellectiuarum, & ſuprema ſenſitiuarum, vt dicebat Plutarchus, & intellectum ipſum, nec non, & voluntatem, vt cognoſcit vocatur intellectus, ipſe met, vt vult, voluntas, vt negotiatur circa illa, quæ poſſunt eſſe, & non eſſe vocatur opinio, in virtute ergo intellectiua poſuit triplicem facultatem; poſuit intellectum, & eſt, vt cognoſcit, poſuit voluntatem, & eſt, vt vult idē intellectus, poſuit opinionem, & eſt, quæ vagatur circa ea, quæ poſſunt eſſe, & non eſſe, circa preſentia, & futura: hæc virtus attentiua, in qua iſtarum conſiſtit? in nulla profectò, ergo Ariſt. eſſet mancus ſi hæc attentiua virtus eſſet facultas animæ rationalis, ergo tu ponis fundamenta extra doctrinam Ariſt. quibus non credendum: Amplius ſi eſſet opus intellectus, aut intellectus practici, aut ſpeculatiui, aut voluntatis; aut operationis, non eſt intellectus practici opus, quoniam tunc officium intellectus practici eſſet cognoſcere operationem, ordinatam ad opus: opus enim intellectus practici, eſt cognoſcere operationem, ſiue actionem ordinatam ad opus, ſi ergo eſſet, & actiua virtus intellectus practicus, tunc intellectus ipſe practicus cognoſceret ſuam finitionem non ordinatam ad opus, hoc autem abſurdiſſimū eſt, Nec poteſt eſſe intellectus ſpeculatiuus, quoniam tu tenes, & rei veritas eſt, quòd intellectus ſpeculatiuus cognoſcit vniuerſale, nec voluntas, quoniam refertur ad finem, non opinio, vt tu met ipſe probaſti contra Plutarchum, quid ergo erit hæc virtus attentiua: tu dicis, quòd erit intellectus ſpeculatiuus, ſed intellectus ſpeculatiuus cognoſcit vniuerſale, iſtæ autem operationes, non ſunt vniuerſales, Dices quod cognoſcit iſtas operationes, vt ſunt particulares, ſed intellectus cognoſcit eas, vt vtitur inſtrumento, vt coniungitur ſenſibus: Contra, tu dicis contra Alexandrum, quòd ſenſus communis non poteſt cognoſcere has operationes ſenſuum, quoniam incorporeæ ſunt, & ſenſus quicunque non poteſt cognoſcere incorporea: Hinc arguo tibi ſic, intellectus vnitus ſenſibus, cognoſcit corporea: hæ operationes, vt tu dicis ſunt incorporeæ, imò hoc argumento refutaſti poſitionem Alexand. quòd non poteſt ſtare, ſi ergo iſte operationes ſunt incorporeæ, quomodò cognoſcentur ab intellectu mediante ſenſu? ſi eſſent corporeæ; habetes rationem, quòd autem intellectus cognoſcat carnem mediante ſenſu, hoc eſt; quoniam ſenſus cognoſcit carnem: Hinc arguo ſic, illud cognoſcit intellectus mediante ſenſu, quod cognoſcit ipſe ſenſus, ſed ſenſus per te non cognoſcit has operationes; quoniam ſunt incorporeæ, ergo intellectus non cognoſcit illas mediante ſenſu, & vt ſenſibus coniunctus. Non ſenſus, quia ſenſus per te non ſe excedit vſque ad incorporea ergo hæc virtus non erit intellectus practicus, non erit intellectus ſpeculatiuus, non erit opinio, non erit ſenſus communis, non erit aliquis ſenſus particularis, quid ergo erit? ergo tu ponis id, quod poſitum non fuit ab Ariſt. Amplius hæc virtus cognoſcit operationes ſenſuum, ergo cognoſcit ſenſibilia, namq; quid aliud eſt operatio ſenſibilium, niſi ipſa met ſenſibilia? quid enim eſt viſio, niſi operatio viſibilis? & quid operatio viſibilis, niſi viſibile in actu? ergo alia virtus cognoſceret operationem, & alia cognoſceret ſenſibilia modò inquit Philoſophus, quòd non eſt aliud viſio, niſi viſibile in actu, Et enim, vel hæc operatio eſt quid abſtractum, vel reale? Amplius probatum fuit, quòd non detur, nunc quòd non cognoſcat has finitiones ſenſuum particularium: hæc operatio, vel eſt intelligibilis, vel ſenſibilis, ſi eſt intelligibilis, non eſt operatio ſenſus, ſi ſenſibilis, ergo à ſenſu, ergo non à virtute rationali, modò tu ponis quod iſta virtus attentiua ſit virtus animæ rationalis, quomodo ergo poterit cognoſcere operationem ſenſibilem, ergo virtus rationalis cognoſceret operationem ſenſitiuam? ergo non datur hæc virtus attentiua, & ſi datur, nunquam poterit cognoſcere operationem ſeſibilem, cum per te ponatur pars, ſiue facultas animæ rationalis. Præterea arguo ſic, vel hęc operatio erit accidens, vel ſubſtantia, omne enim quod eſt in mundo, vel ſubſtantia, vel accidens eſt (& hinc diſputant philoſophi vtrum operatio, & intellectio Dei ſit ſubſtantia: Et Dicunt quòd ſit ſubſtantia, Noſtri autem intellectus operatio eſt accidens) non ſubſtantia, quia tunc non differret ab operatione Dei, ergo erit accidens, ſi accidens, aut vniuerſale, aut particulare, ſi vniuerſale hoc eſt opus intellectus ſpeculatiui, ſi particulare, ergo operatio ſenſus, modò tu ponis hanc virtutem actiuam eſſe facultatem animæ rationalis, aut ergo erit intelligibilis, aut ſenſibilis, nullo modo, ergo cognoſcetur ab hac virtute: quin, imò neque datur hæc virtus attentiua, quam imaginatus eſt iſte monacus nimis audax: ò, Ariſt.

 inquit

inquit quòd operationem propriam cognoſcat ſenſus particularis, intelligitur ſic inquit Io: & dico quòd intellectus eſt qui cognoſcit operationes ſenſuũ particularium, & ſi ſenſus particularis cognoſceit ſuam operationem, eſt quis intellectus vtitur ſenſu, & inſtrumento corporeo, & intellectus non indiget, vt cognoſcat qualitates, vtitur ne intellect⁹ ſenſu, vt rideat; ego quæro vtrum ſenſus cognoſcat ſuas proprias operationes, quæro in operibus ſuis, in quibus non indigat intellectu: Non enim ſenſus eſt inſtrumentum intellectus, vt ſentit, ſed eſt inſtrumentum intellectus, vt intellgit ipſe intellectus, non ergo vtitur ſenſu, vt ſentiat ipſe intellectus, ſed vt intelligat, quare ergo tu ponis ſenſum inſtrumentum intellectus vt ſentiat? quare dicis tu cognoſcit operationes ſuas, vt inſtrumentum? hoc non eſt verum, quia non ſentit, ſed ſenſus habet præparare vt intelligat intellectus, quare tu non potes dicere cognoſcit operationes vt inſtrumentum, ſed conferunt ad intelligendum, Nec dicis verum, quòd viſio non ſit colorata, & auditio non ſit ſonora, vt nunc audies: Io. & ſimplicius dicunt, quòd ſentire eſt quid diſtinctum à re ſenſibili, vos autem dicatis ex Ariſt. quòd ſentire non diſtinguitur ab obiecto in actu, ſicuti in intellectu, idem intellectio, & intelligibile, & intellectus, ſic in ſenſu, idem ſenſus, operatio, & obiectum in actu, & ſic ſi obiectũ eſt coloratum, & viſio eſt colorata ſecundum ſimilitudinem, & ſic ſi audibile eſt ſonorum, nonne, & auditio erit quoquo pacto ſonora, & ſecundum ſimilitudinem? Quare non datur hæc virtus attentiua. Tunc reſpondeo ad eius rationes, primo, quòd indigeat vna potentia agente, quia ſentire eſt operatio viuentis, & hoc erat argumentum tam difficillimum, Dico quòd negat, quòd non ſit viuens, ſed non efficiens, ſed à viuente cognoſcente, recipitur enim in anima tanquam ex cognoſcente & ſic ex cognito, & cognoſcente ſequitur actio, & motus viuentis, concedo ſed à potentia cognoſcente, ergo effectiuè producitur, nego tibi iſtã, ſed teneo quòd intellectio efficiatur ab agente. Ad aliud, non eſt opus ſenſus particularis cognoſcere ſuam operationem, quoniam tunc reflecteretur ſupra ſeipſum, quod cum ſit virtus organica, neque quit facere, Reſpondeo, quòd non particularis, vt particularis, ſed vnitus ſenſui cõmuni, ò, ergo aut hæc operatio intelligibilis, vel ſenſibilis, dico quòd ſenſibilis, ergo cognoſcitur à ſenſu: ò, illius potentia eſt cognoſcere operationes ſenſuum particularium, cuius eſt dicere me guſtaſſe, ſed hoc eſt virtutis attentiuæ, & non ſenſus particularis, neque communis, neque opinionis, ergo virtus hæc cognoſcet operationes ſenſuum particularium: ſed dic quæro mihi, illius potentiæ eſt cognoſcere operationes, cuius eſt dicere me vidiſſe, ſed hoc eſt dicere ſenſus particularis vniti communi, ergo non virtutis attentiuæ, & ſi dicis quòd non datur alius ſenſus, vt dicit Ariſt. concedo, ſed, quoniam hic ſenſus communis operationes ſenſuum, vt coniunctus particularibus, & ſi ſic coniungitur viſui, cognoſcet viſionem, ſi coniungitur auditui, cognoſcet auditionem, ſi coniungitur odoratui, cognoſcet odorationem, ſi guſtui, guſtationem, ſi coniungetur tactui, cognoſcet tactionem, & ſic ſenſus particularis vnitus communi cognoſcet propriam operationem: ſequitur opinio peripatetica.

OPINIO PERIPATETICORVM. *Cap. V.*

SVPEREST declarandum quid Magnus Alexander ſenſerit, quo nemo fuit doctior, vtrum, detur hic ſenſus agens, Pro quo videte quæſo ipſum 3. libro natural. quæſt. cap. 3. inſuper, 2. libro ſuo de anima cap. de intellectu pract. & ſpeculat. Item cap. de phantaſia, & de ſenſu communi, vbi hanc rem tractat. Et pro intellectu eius, eſt ſciendum, quòd cum dico ſenſatio, dico ſenſus, & cum dico ſenſus, dico ſenſibile in actu, idem enim eſt color, actus cuius, & viſio, inquit enim meus Alexander quid enim aliud eſt videre, niſi color acceptus, ſed nota quòd ſpecies, vel color recipitur dupliciter, vel quòd ſine materia, & abdicatis, conditionibus materialibus, quæ ſunt ſenſibilia communia, vt doctiſſimus Alexander declarat cap. de ſenſu communi, Et vt ſuis affatim omnia, Tres ſunt modi recipiendi, primus modus eſt cum materia, & cum conditionibus materialibus, ſecundum non cum materia, non tamen abdicatis conditionibus materialibus, primò patiens recipit album, & cum materia, & cum conditionibus materialibus, patiens enim efficitur album, & lignum caleſcit, ſecundo recipit ſenſus, qui ſine materia recipit, & non abdicatis conditionibus materialibus, & hoc, vt differat ab intellectu, ſenſus enim ſine materia recipit, non

nō.n.visus efficitur coloratus,neq; potētia odo rādi efficitur odorabilis, tertio intellectus qui recipit & sine materia id agit,& sine cōditioni bus materialibus. Tūc redeas ad primū,species quā recipitur, in organo sine materia. & hæc receptio est passio,vidistis quòd quantitas ma gna efficit sensum auditus, & parua sensum vi sus literæ enim paruæ faciunt ceentire, ergo patitur organum, sed non est sentire, quando enim recipit sensus, non sentit, inquit Alex. quòd factio sensus efficitur per corporea, sentire tantùm non est pati, sed iudicare, ac descernere, quando ergo hæc species non sentitur,sed sentire est iudicare hoc calidum,& hoc efficitur à potentia, & non ab organo, & hoc dicebat falsè simplicius, potentia est quæ iudi cat calidum esse sensibile:Ergo quæro sit facta obstructio in brachio, organum est dispositum, sed eo tendit virtus, & ideo non efficitur sensatio, quoniam sentire non est pati, sed iudicare, propter hoc malè simplicius quòd sentire, non iudicare, sed pati, simpliciter dicit quòd agere: Arist. autem 3, de ani. 2. inquit sentire sine pati, non patitur potentia, sed organum est, quod patiendo recipit, sed potentia recipit, & non patitur, sed est simile pati,inquit Alex. si daretur sensus agens,tunc non dixisset Arist. sentire est pati, verùm nota quòd hæc operatio sentire, quod est verè iudi cium, non efficitur agendo, sed inquantum recipit, & non patitur, sed simile pati, & hæc aio non est effectus distinctus à sensibili, quod est actu, quòd sit producta ab vna potentia distincta non est verum, vt voluit simplicius, sed est idem quod sensibile in actu, & non requiritur alia potentia distincta: Exemplum, forma recipitur in materia, dicite quęso receptio formæ à materia est ne quid distinctum à materia? profectò non, eodem modo ipsum sentire non est quid distinctum ab obiecto, cuius species recipitur in organo, & sic dicimus quòd sentire nil aliud sit, nisi species recepta, non ergo est effectus distinctus, productus ab agente, vt malè simplicius opinatus est & vno verbo probatur, inquit enim Alexan. 2. de ani. cap. 18. quid aliud est ractio, nisi sensibile positum supra tactum? non ergo datur ille sensus agens, & ille textus Arist. est clarissimus, qui in hoc 2. de ani. 58. qui 2. de ani. textu 38. inquit, quòd auditus, audibile, auditio idem,quoniam quando sensibile est in actu, nil aliud est quam ipsa sensatio, idem quoddam audibile, & auditio, vocatur autem auditio, vt recipitur in auditum, vocatur autem audibile, vel sonus, vt producitur à campana,ergo malè diceret philosophus per se pro ducitur ab efficiente:Amplius causa efficiens, nonne distinguitur ab effectu 2. physicorum? tunc sic, si daretur vna virtus efficiens, tunc posterior esset auditio, & prior esset auditus, quàm sentiremus sonum, quod nō potest esse, quoniam inquit Arist. quòd audibile in actu, idem est quòd auditio, nam est ipsa mer auditio, & sunt simul, hoc autem non est auditiuū, sed simile pati: secundo notandum est, quòd videtur Auer. vt in commento suo 60. secundi de anima olfecit hanc veritatē dicens, quòd sensatio est apprehensio sensibilis, & Them. hoc quoque tenet in 3. de anima, ergo sensibile receptum, causat sensationem, sed differt ab intellectu quoniam intellectus sine materia, & sine conditionibus materialibus,sensus autem & si sine materia, non tamen sine conditionibus materialibus, quoniam non sine se nsibilibus communibus, hinc patet, quòd nō detur sensus agens, nam illa mer res, quæ sentitur, esset sensatio, & non posuit Arist. causam agentem sensationem, Quare falsum est in philosophia, sensibile enim est idem cum operatione, vt satis fuit explicatum.

AN SENSVS PARTICVLARIS POSSIT cognoscere propriam operationem. Cap. VI.

DEVENIENDO ad alterum propositum, An scilicet sensus particularis cognoscat propriam operationem. Thophrastus, Alexander, & omnes alij sunt differentes. Tamen respondeo nunc ad quæstionem, & dico, quòd sensibile in actu, nil aliud est quam sentire, & sensatio ipsa,vt ipse sensus cognoscat sensibiles quod etiam cognoscet sentire, & operationē ipsam, quam sensus producit, cum ergo sentire nil aliud ,sit quā in actu obiectum, non ne sensus, sentiendo obiectum, sentiet sentire? probe quia nil aliud est sentire, quàm sensibile actu existens, & philosophus dixit sonus, & auditio non differunt, vocatur enim sonus respectu campanæ, auditio verò respectu auditus, cum ergo auditus non differat ab audibili, & auditus cognoscat audibile, consequenter sentiet auditionem, quoniam idem quod audibile, & hoc dixit simplicius, in 2. de anima à veritate coactus, sensus inquit qui cognoscit videre, cognoscit opus suum, exemplum pro iunioribus, visus videt colorē, vocatur visio, respectu autem coloris, vocatur visibile, ò, visio esset colorata, similiter & auditio esset sonora, Respondeo, & dico, quod sic

ſenſus particularis cognoſcit operationem ſuá verùm vt ſenſus particularis cognoſcit obiectum proprium, quod habet, ſed ſi ſenſus particularis cognoſcit propriá operationem, propriamq; ſenſationem hoc efficitur, vt ſenſus particularis coniungitur, & vnitur ſenſui communi, vt terminatur ad ſenſum communem: & ſic pono duas concluſiones pulcherrimas. Prima cõcluſio ſit, ſenſus particularis cognoſcit ſuam propriam operationem: ſecunda ſenſus particularis non vt particularis, ſed vt coniunctus ſenſui communi, cognoſcit propriam operationem ſui: quia auditio eſt quid minus materiale, quàm audibile, quoniam licet audibile ſine materia recipiatur, non tamen ſine conditionibus materiæ, & ad id, quod eſt omninò denudatum à materia non ſufficit ſenſus particularis, ideo natura fecit ſenſum communem, ad quem ordinatur ſenſus particularis, tanquam ad metrum, & menſuram, qui habet cognoſcere operationes ſuas, & ſic dico, quòd Ariſt. dixit quòd ſenſus particularis cognoſcit operationem, loquendo de ſenſu coniuncto ſenſui communi: quando autem dicit alibi quòd ſenſus particularis non cognoſcit ſuá propriam operationem, ſed ſi cognoſcit, vt coniunctus ſenſui communi, dixi vobis rationem, quoniam vt particularis habet cognoſcere proprium obiectum: Sed dico vobis verba Alexandri cap. de ſenſu communi, qui hæc formalia dixit, hoc autem communi ſenſu & videntes nos, & audientes, & ſingulis ſenſibus ſentientibus ſentimus, ſubdit, qui enim videt, aut audit audire ſeſe, & videre iam ſentit, nanq; non alia poteſtate quam ſenſu, nos ipſos ſentire perſpicimus, contra Ioannem Gram. qui poſuit aliam virtutem ſcilicet attentiuam, & contra Plutarchum, qui poſuit etiam aliam poteſtatem, quæ dicitur oppoſita ſecundum ens; & ſubdit Alexander meus, neque tantum nos videre videmus neque nos audire audimus, ſenſus particularis non cognoſcit ſuam propriam operationem; cum nec videre ipſum, ſiue viſio viſibilis ſit, nec audire, ſiue auditio audibilis, ſed hoc primi ſenſus, & proprij, qui communis dicitur opus, & functio. Ecce quòd vult quòd ſit opus ſenſus communis, vt ei ad miſcentur particulares, & ſubdit, qua functione in ſenſibilibus animalibus ſenſuum omnium coniungitur veluti vna conſentio, dicit, quod ſenſus communis, non eſt, niſi vna conſentio omnium particularium, non ergo ſenſus particularis cognoſcit ſuum proprium obiectum, ſed debemus dicere, quod hic ſenſus cognoſcit ſuum obiectum, quod mouet ipſum ſenſum particularem, quod obiectum mouet ſenſationem, & ſic fit cognitio, ergo ſenſus particularis cognoſcit, ſed vt vnitus ſenſui communi: Alex. in lib. naturali: quæſt. inquit cap. 2. fit conſenſus, quoniam ſenſus circa proprium ſenſibile, habet producere propriam operationem, & ideo cùm ſentio me ſentire, eſt ſenſus particularis: Et quod ſit verum ſimplicius coactus à veritate, 2. lib. de anima commento ſuo 136. confeſſus eſt eam, quis cognoſcit operationem ſuam? inquit ſimplicius in fine illius commenti: Quid igitur, nunquid ſenſui illi, qui communis dicitur munus id præſtant dandum ſit, vel nec ſolus communis, quicquam, & viſum & cognoſcit, ſed colorem, circa quẽ viſus agit, vna cum ipſo, viſu cognoſcit: igitur nec ſenſus communis ſolùm, nec particularis ſolùm, ſed ſenſus erit paricularis iunctus communi, quoniam inquit ſimplicius nequaquam ſenſus cõmunis hoc cognoſcit, ſed vna ſimul cum particularibus, quoniam puriori quadam ratione cognoſcit ipſe ſenſus communis, quandoquidem & magis indicat quod ſeparabile eſt à materia, Ergo habes quomodo ſenſus particularis non cognoſcit ſuam propriam operationem, neque ſenſus communis cognoſcit operationes ſenſuum particulariũ, & quomodo particularis vnitos communi cognoſcat operationem propriam: Hæc habuimus ſapientiſſime Alphane quæ tibi hac ætate dicaremus, quæ ita ordinauimus, vt clariſſimè Portij Doctoris Excellentiſſimi mens vndiq; pateat igitur vale.

IO. FRAN.

IO. FRANCISCI LOMBARDI

NEAP. SACRÆ THEOLOGIÆ DOCT. DE MARTA AD ECCELL. ALPHANVM DODECASTICON.

SALVATOR legum studiose Alphane, relinque
Obsecro tot iuris voluere sæpe libros.

Quin potius sanctæ Sophiæ pia dogmata toto
Amplexare precor pectore, nocte, diu.

Æternæ vitæ sunt hæc rara pignora, firmo
Hæc capiti adiungunt fœdere membra suo.

Eia age rumpe moras, tantorum sume laborum
Serta, parant Patrum quæ tibi sacra cohors.

Quis bene patratis, si quando vocare licebit,
Hæc Martæ docta friuola carpe manu.

Alphani haud fugient censura: sponte equidem se
Subijcit vt ferulæ, sic sua cuncta tuæ.

DE PVELLA GERMANICA DISPVTATIO.

AN NVTRIATVR AERE. Cap. I.

SVNT qui credant puellã hanc aere nutriri, his ferè rationib⁹ (vt audio) inducti, primum, quòd aer vim maximam in alterandis, conſeruandiſq; corporibus habeat, idq; omnium nõ medicorum modò, verum etiam philoſophorum maximè peripateticorum conſenſu, nanq; aerẽ tandiu attrahimus, quandiu datum eſt viuere, adhæc tantam eſſe nobis cum aere neceſſitudinem dicunt, vt cibo, potuq; aliquandiu carere, ſed nullo temporis interuallo citra aerem viuere queamus, vſq; adeo vt ob id philoſophi quidam non vulgares, animam aerem eſſe crediderint, nimirum quòd eo viueremus, Deniq; aerem potiſſimum craſſiorẽ, & ſi non omni, aliqua tamen ex parte noſtra corpora refocillare, experientia compertum aſſeuerant, cõnectuntq; rationem, neminem ſanæ mentis negare poſſe, quin puella hæc nutriatur, quandoquidem omne quod viuit, neceſſe eſt, vt nutriatur, at nec cibo, nec potu, ergo aere, aut aliud in medio afferendum inquiunt, quòd ad noſtras ſubſtantias proprius accedat, quàm aer, qui intima noſtra corpora ſubit, potiſſimum cùm nemo dubitet, quin ſpiritus attracto aere gignatur.

OBIECTIONES. CAP. II.

VERVM quàm hæc ſit friuola, & anilibus quibuſdã deliramentis ſimillima, paulò poſt docebimus, vbi pauca quædam fuerimus præfati. Ariſtoteles maximus naturæ interpres, ſolis viuentibus nutricationem conceſſit, in quibus ſit facultas quædam nutrimentum attrahẽdi, concoquendi, ac ſecernendi purum à fæculento, ſimul, & commutandi in viuentis ſubſtantiam, inſuper ſolis animatis, his functionibus, inſtrumenta idonea natura eſt largita, nempè animalibus ſenſu præditis os, vt per id ſumat alimentum, plantis verò radices, oris functionem obeuntes, ſed his quòd attrahant concoctum alimentum, alia organa, quæ in animalibus conſpiciuntur, non addidit: Verùm omnia hæc opera ab ipſa anima vi calidi animalis perficiuntur, quæ illud in omnes partes, ſuperiores ſcilicet & inferiores, anteriores, & poſteriores, dextras, & ſiniſtras diſtribuit, quippe quòd ad omnes has differentias anima motu cietur, at elementa, metalla, lapides & in ſumma, cuncta inanimata, vno motu, vtpote ſupernò, aut inferno feruntur, vnde elicere queamus formam illorum ad omnes partium differentias motu ferri nequaquam poſſe, atq; ob id non eſſe nutritionis principium, cùm ab hoc opere, quod vitale dicitur vita ipſa, viuentium forma, vita nuncupetur. Ad hæc idem Ariſt. negauit non modò vllum inanimatum, ſed ne prima quidem illa corpora, à philoſophis vocata elementa, cùm ſint ſimplicia nutriri, ratio eſt quòd nutrimentum ſit mixtum, Deinde ex ijs ſumus, ex quibus nutrimur, ſed ex miſtis, pluribuſq; elementis ſumimus alimenta, ergo ſumus mixtum quippiam. Confirmat porrò animalia ex quatuor elementis concreta, ea ratione quòd nutriantur mixtis, igitur ſimplicia non nutriuntur, Quòd ſiquis mihi obiecerit ignem nutriri. vt Ariſt. libro 2. de gen. ſentit, poeticum id dicam ἅμα τὰς τοι πάντα ἐκεῖνό ποιητὰς τὸ πῦρ ἔδιει. nam cum omnia voret, cùmq; ſit aliorum elementorum forma, ac omne combuſtibile conuertat in ſuam naturam ob id dicitur nutriri, at vera nutritio eſt viuentis, quando commutat alimentum in viuentis naturam, quod quidem fit ad conſeruationem eiuſdem formæ, quæ hetereogenea à noſtris nuncupatur, verum ignis illa nutritio, generatio eſt alterius formæ ſimilaris in materiam eam, quæ proprius accedit, at hic & ſi figuram, ſimilitudinemq; nutricationis aſſumit, attamen, vt bellè declarat ſimplicius libro 2. de anima, cum alia elementa creſcant, & conſeruentur, additione elemẽti eiuſdem formæ, (vtpote terra addiectione terræ, & aqua augeatur aquæ affuſione) ſolus ignis acceſſione rerũ diſſimilium (exempli gratia ligni, vel lapidũ) quas ſua, propriaq; virtute conuertit in ſuam naturam, creſcit, nec conſeruat ea, quæ prius erant, ſed in illa materia priori cohærente, alium generat ignem. Itaq; cùm compertum ſit, ſimplicia corpora non nutriri, conſentaneum videtur, nec ea quidem poſſe alimentũ ſuppeditare, nam quę non nutriuntur, nec nutriunt, Eſt quoq; communis ratio, quòd ex ijs

nutri-

nutrimur, ex quibus sumus, quæ conuertitur, quòd ex quibus sumus, exijs nutrimur, vtitur hac Arist. libro 2. de generat. quòd ex quibus nutrimur exijs sumus,& libro de sensu sensibili ex quibus sumus, exijs nutrimur. Quæ sanè mihi nihil videntur aliud significare, quā sim plicem conuersionem, sequitur ergo in vniuersum omne nutrimentum esse mixtum, & omne nutritiuum mixtum, nec esse nutrimentum simplex, igitur. Porrò, quòd nullum animal aere nutriatur, his probat argumentis. Quoniam omne nutriens generet excrementum, aer verò minimè. Præterea quòd si is nutriret alaret aut totum animal, aut animalis partem, non alit partem, nam cum reliquæ non nutrirentur, non essent naturalis nutritio, sed essent difformes, vna animata, & alia inanimata, quoniam quod non nutritur, nec potest augeri, nec generari, estq; id prorsus inanimatum. Proinde hoc prætermittimus vt ridiculū. Sin autem totum animal aere nutrietur, consequens esset, vt id, quod est in animali, igneū, aut terreum, aut aqueum ab aere aleretur: atquī paulò ante diximus hæc non conseruari, nisi adiectione alterius eiusdem rationis, vtputa aquæ, & terra terræ: Quare aer non conseruat terram nec aquam. Quin etiam si aer nutriret, instrumenta nutricationi inseruientia, nulli nobis essent vsui; quorsum enim ventriculus, cum omnes nostri corporis partes aer permeet? quorsum epar, si non potest in sanguinem aut in spiritum (namq; spiritus eiusdem naturæ est cum sanguine, & si rara, subtilisq; sua natura, ab eo nihil differat) conuertit? quorsum denique venter inferior, si excrementa non secernuntur ab aere?

IVNIORVM SENTENTIA, Cap. III.

Cæterum hoc occurrunt non nulli inter latinos argutiores, & volunt hoc de aere puto intelligi, putantq; hunc infimæ, & contiguæ regionis aerem, quem nos inspirando attrahimus, quique impurus est, & vaporibus commixtus, nostra corpora nutrire, atq; addunt alij non totum animal ali, sed spiritus tātum, idq; ex Galeno colligi, cùm perfacilè in spiritus naturam trāsmeet: Verùm hoc quoq; mea quidem sententia est petridiculū ob eā, quam supra diximus rationem: Nanque cùm spiritus sit mixtum quomodo aer terram conseruat, aut nutrit in spiritu, quando præter ignē; alia elementa, velut iam sæpe diximus conseruentur: additione alterius similis, & eiusdem formæ, nisi quis affirmet omnia elementa spiritus, conuerti in aerem. Quòd si ita esset, animal relinqueretur simplex. Ad hæc si datus aer. a. nutriret spiritum, dabitur aer b. illo crassior, & corpulentiorem partem nutrire necesse est, Dabitur denīq; d. aer hoc crassior, carnem nutriens, atq; hoc modo si aer aleret spiritus, totum quoque animal nutriret, est enim æqua proportio, a. aeris ad spiritus, quæ est b. ad corpulentam partem, aut. d. ad carnem. Quocirca quærendum etiam in primis esset, cum aer caliginosus, maximè nutriret, & an pauciori cibo nobis, tempore nubilo, opus esset cum aere nutriremur. Quòd puto nemo sanæ mentis admittet: atqui, quòd nec aer quidem mixtus, vlla ratione alimenti vicē viuentibus suppeditet, manifesta est Aristotelis sententia, libro de sensu, & sensato, vbi redarguit Pythagoricos (asserentes odorē nutrire) argumento à maiori, a qua simplex non nutrit plantas, nisi, admisceatur fimus, vt ipse inquit, libro de generatione, cum sit corpulentior: quantò minus aer, qui multò est exilior, quoniam non potest generare constitutam materiam, & corpulentam, & loquitur philosophus de aere commixto vaporibus odorabilibus, qui impurus est, eundemq; negat nutrire: Quare nullus aer nutricationi à natura accomodatur. Huc accedit & alia ratio, omne nutrimentum generare excremēta, quæ natura proprijs membris excipiat. Sed ab aere nihil excernitur, quandoquidem excretio fit ex varietate, difformitateque cibi, insuper quod miscetur aeri est vapor, vel exhalatio quorum neutrum suapte natura nutrit, vapor enim est aqua deputata, quam Arist. negat nutrire, exhalatio verò maioris siccitatis, ac terræ potius subit naturam, ineptissima & ipsa ad nutricationem. Nullo igitur modo duo elementa tantum, vtpote aqua, & aer nutriunt, nec possunt corpus aliquod constituere. Rursus, ea quæ nutriuntur sunt viuentia, spiritus autem non viuit: illa enim viuere dixit Arist. quæ sunt organica, aut partes animatæ, sed spiritus nec est animatus, nec corpus organicum, vt Philop. 2. de anima inquit. Amplius si nutriretur per se, haberet nutritionis organa, quæ sunt ventriculus, cæteraque eius generis, hinc modum deseruientia. Quin etiam aliud sequeretur non leue incommodum, quòd nutrimenti esset nutritio, quandoquidem spiritus nutrit, & non nutritur, esset enim in immensum petere. Quare huiusmodi opinio non est à Philosopho audienda. Est igitur quod alit, mixtum, vt pote quod anima per calidum ipsius animati conuertit in substantiam viuentis.

tis. Porrò necesse est, aerem, reliquaque elementa prius misceri, quàm nutriant: verum ab anima non fit mixtio, sed à primis qualitatibus, vt cœlo. Itaque cum anima nequeat misceri, nec potest quoque animatum antequam elementa misceantur, nutrire, quippe cum ante mixtionem elementa non sunt similia animalia.

RATIONES LATINORVM. Cap. IIII.

CAEterum cùm nonnulli celebres, & in re medica præcipue viri, aerem nutriri, non erit ab re, quæ in hanc sententiam dicunt, in medium afferre: quo nostra de nutrimento opinio, magis elucescat, Galenus ex Hipprocratis sententia libro de vtilit. pulsuum, voluit inspirationem duo quidem munera abire vnum, vt calor refrigeratio quodam consetuetur, alterum, vt spiritus nutriatur. Item libro de alimentis, vtilitatem præstare anhelitum, quòd cibat animalis spiritum, & in methodo medendi, spiritum irrigari, & nutriri per inspirationem. Idem eodem volumine, libro 3. animi defectum, qui ex syncope ortú habet, oportere curari ijs, quæ spiritum nutriunt, ex odoribus bonis, nisi in ea syncope, quæ fit à matricis suffocatione. Accedit & illud, quod de medicinis cordi conferentibus ait, dulcia, & aromatica efficacius prodesse, & ratione, quòd natura auidius ea amplectatur, spiritusq; illis celerius nutriatur, sunt & aliæ quæpiam rationes, videlicet quòd mixtum à mixto alatur, & maximè simile, aer verò mixtus idest impurus est similis spiritui, cú sit corpus mixtú, ac subtile. Ad hæc historiæ narrant, Democritú Abderitam, tres dies vixisse odore mellis, vel vt alij volunt, panis recentis, pisces quoq, aqua lympidissima à quibusdam ali dicuntur, Quin & olympidorus, vt refert Arist. scribit se hominem vidisse, qui aere solo, & sole nutriretur quib' in phœdone Pluto similia quędá adijcit vt interim omittam, quibus elementis Salamandra, & Chamaleonte nutriri nónulli credant.

OBIECTIONES. Cap. V.

AT verò quoniam philosophi præcipuum munus est reddere rerú causas, earumq; rationes certiores depromere (nam vbi viget ratio, authoritas cessat, argumento nobis sunt omnes qui Aristot. illem præcesserunt, quorum nó est secutus auctoritatem, sed rationem, quia illos refutauit) Nemini mirum videri debebit, si quædam in Galeno non satis probemus, cùm sibi interdum non videatur consentire. Galen. libro de alimentis, & de complexionibus, ait vinum esse inter ea, quę corpora nostra nutriát facillimæ concoctionis, opus tamen esse, vt per ventriculum ad epar, & alia transeat membra, huic functioni præfecta, Quare omne nutrimentum recreans id, quod a calido naturali est absumptum, ea transire organa, necesse vi detur, atqui aer alterat quidem humectando, exiccando, calefaciendo, aut refrigerando at tamen non nutrit, nam si prima vtilitas est refrigerare, & temperare spiritus cordis, neque quam nutriet, cum nutritio fiat à calido, nec possit duo simul contraria præstare refrigerare scilicet, & calefacere, & quamuis multi sunt cibi, qui alent, & refrigerent: hoc tamen de spiritu minimè affirmari potest, cùm solo calido nutriatur. Quare Auerroes non magnifaciens authoritatem Galeni, negat duas vtilitates, quas supra enumerauimus, inspirationem præstare, vnum inquit est verum, sed alterum falsum, & addit rationem, quòd si simplex nutriet, daretur animal simplex, & vno elemento compactum, quod ipsum in libro de anima non semel reijcit Aristoteles, ac propter hanc causam ipse quoq; Galenus negat aquam nutrire, nec datur locus de aere simplici, vel im puro, quoniam de eo est in præsentia disputatio, qui nos ambit, quenq; inspirando attrahimus, qui & si mixtus sit, multisq; alteratus corporibus, eum tamen nutrire nó vult Arist. velut antea quoq; admonuimus, Quin etiam Galenus libro primo de elementis, nutrimentum esse mixtum, vt indubitatum tradit; atq; nec opus est, nec medicis conducit, aerem nutrire, Porrò aromata, odoreq, fragantia, & si passim persuasum sit, non nutriunt, sed reficiunt, & vt ipsi loquuntur, confortant. Quòd siquis aerius mihi instet, dicatq; apud Galený aerem nutrire, & generare animalis spiritus, id equidem falsum semper existimaui, Nisi dicamus, obid nutrire, quòd sua humiditate spiritus recreet, & humectet, quæ humectatio apud medicos, nutritio interdum núcupatur. Dicunt enim aloen, cæteraq; eiusmodi nutrire eum humidis infunduntur, Quin si aliter intelligas Galenú, ipse sibi, mea quidé sententia

non

non cőstabit: Itaq; huic primæ quæstionis par si factum est. An vero alio quopiam animal ali possit, ambiguum sanè est, attamen experiundum quid ex Aristotelis verbis elici queat. Is, animalia cibi esse appetentiora docet, tum ex corporis complexione, tum partium dispositione, ait in lib. 3. de partibus animal. ea esse voraciora, magisq; cibum appetere, quæ rectum intestinum habent, quam quæ anfractuosum, insuper pituitę abundantia magis cibum decoquere, atque hanc ab rationem rasis medicus non obscurus, præcipit animalia biliosa bis die refocillanda esse, cum habeant calidum potens, citissimeque virtus illa concoctrix conficiat, pituitosa verò semel in die tum ratione calidissimi, tum ratione phlegmatis, quod vicem supplet sanguinis; at ea, quæ sanguinis plus habent ter duobus diebus cibanda, sunt enim minoris concoctionis, quippe sanguis cum sit mixtus obnititur concoctioni quam biliosa, & maioris, quem pituitosa. Ergo qui phlegmate abundant facillimè ferunt ieiunium, exemplo sunt senes. Quin etiam hyeme facilè inediam toleraremus, nisi calor ad interiora reuocatus calefaceret, magisq; conficeret.

DVBITATIONES.
Cap. VI.

VERUM hic suboriri video non nihil dubij, quid nam de vrso sit dicendum, quem Arist lib. 6. de historia animaliű cap. 30. & lib. 8. cap. 17. scribit latere, vt minimum dies 40. potissimum mense tertio, at frigoris, ne causa lateat, an ob aliam quampiam à ambigi. Ad hæc eo tempore nihil omnino vbi sumere, attamen adeo pinguescere, vt non cura difficultatem se possit loco mouere, Demum bis septem primis diebus ita sopori, vt ne tantillű quidem se moueat, Huiusce rei, meo quidem iudicio, alia conuenientior ratio assignari nequit ea, quam Auicen. lib. 3. cap. de destructione appetitus, & debilitate ponit, abstinét, inquit, vrsus, & echinus, plurimaq; animalia à cibo, hyeme, tempore extenso, quoniam natura operatur in rectificando illud, quod est excludis humoribus in corpore, digerendo ipsum, & administrando loco eius quod resoluitur. Ex quo quis colligat à natura illis potissimum insitum esse latere: sunt enim animalia voracissima, & crudis nec dum digestis cibis, alior accumulant, contra huncque cruditaté maximam. Quare eo tempore colligunt, ac cőstrahunt se, vt calor sit vehementior, & melius concoquat. Quam etiam durationem perpetuus dies quatuordecim dormire feruntur, grossioribus vaporibus caput ascendentibus, nam interim dum dormimus fieri meliorem concoctionem Arist. libro de somno docet: Huic Auicennæ sententiæ astipulari videtur Arist. cum ait, pinguedinem signum esse bonę concoctionis, & si quædam sint animalia, vt homo, quæq; sanguinea vocentur (in quibus pauca est pituita, & calor acutior) quæ somno & inedia marcescunt. In summa ergo ex verbis Auicennę colligitur id nutrire, quod concoquitur, idq; succedere in locum deperditi, ac vrsis sufficere quòd sint paucissimi sanguinis: Quod verò vnguem sugat, non alia puto causa est, nisi vt traducat phlegma, ad os, & digerat, sed nihil certi habetur, Præter hæc elici potest animalia pituitosa, pauco indigere nutrimento ratione frigiditatis, & appetere quidem plurimű, minus tñ conficere: Bibiliosa verò contra plus cőcoquere, & min⁹ appetere. Quinetiã corpora ægra minus desiderãt, minusq; sumũt, quã sana: quod natura occupetur in cőcoquédo vitiosum humoré, quo facilius cőcoctũ expellat, vsq; adeo, vt quosdã morbo laborãtes diu super vixisse sit cőpertum, & nihil penit⁹ sumpsisse.

CAVSAE INEDIAE PVELLAE.
Cap. VII.

DENIQVE cum mulieres frigidiorer sint grossioribusq; humoribus abundare constet, hæc omnia nobis concludere posse videntur. Puellam hanc germanicam natura refertã esse plurima pituita, non modo ratione sexus, sed etiam proprij temperamenti, atq; ex hac crudorum humorum copia, frigiditateq; incidisse in spasmum vniuersalem, ita vt ventriculus stupefactus, & vt ita dicam spasmatus, & nihil sentiens, careat appetitu, ac desiderio cibi: Est enim appetitus, sensatio tristis, in ore ventriculi: Quare cum stupeat, non appetit, & cum phlegma humectet, non sitit, cumq; fiat continua crudi attractio, natum id cőcoquens, substinuit in locum deperditi. Huius rei argumentum est, quod aliquando sumere aliquid coacta, id euome..s, cum eo putridum, pituitosumq; humorem eiecisse dicitur. Durat verò vitas, quoniam calidum remissum est, & sufficiens nutrimento, ac quod parum deperdat, pauco indiget alimento. Puto nihilominus nő

diu fore superstitem, sed citissimè è viuis aboledam, si perpetuò mediam seruar: Hanc nostrã de alimento sententiam confirmare videntur, ea quæ Albertus lib. 7. de animalibus scribit: accidit inquit, animalibus, mediam, quibus est humor pituitosus, & crassus, calorq; debilis nõ concoquens, vt valeat decoquere crassum illũ, in coctumq; humorẽ, atq; hæc animalia, quæ id patiuntur sunt spissæ pellis, proinde fumus ille eleuatus, aut illa humiditas nõ potest per poros foras destillare: sed reuocatur ad interiora, sanguiniq; , qui ob pituitæ naturam induit commilcetur, Id, quod non modo piscibus, auibus voracibus, reptilib⁹, quadrupedibusq; sed hominibus quoq, accidit, & imprimis mulieribus. Quod confirmat cum ait se vidisse coloniæ mulierem, quæ interdum totos triginta, interdum viginti dies nihil cibi sumeret. Et virum malenchonicum, qui, vt eius vtat verbis, custoditus, & clausus septem septimanis sine cibo viueret, sed singulis, aut alterius diebus haustum tantùm modò frigidæ puræ adhiberet: addens illud magna adhibita diligentia, occlusis, obsignatisq; foribus, ita fuisse compertum, atq; id sæpius, duarũ, aut quatuor septimanarum spatio, factitari solitum. Hinc colligit animalia illa diutius latere, quibus multus est humor pituitosus, & calor debilior, ac cidereq; frequẽtius hyeme. Humor enim crassus eo tempore potissimum generatur, sed nec illud omittendum, quod Petrus de Ebano in interpretatione vltimi problematis, decimæ sectionis, scribit, se à viris probatæ fidei accepisse. Puellam in Normandia sua tempestate fuisse annos natam triginta, quæ annos decẽ, & octo nihil gustasset cibi. Adhoc inquit facit calor humido proportionatus, & vis sydertum. Quæ verò sydera huicinediæ conducant, satis prolixè in materno est cognoscere, Nicolaus, & Gentilis Herculanus de quibusdam dicunt ægrotos sine cibo vixisse: Nec est quod aere Puellam hanc viuere, quis existimet, propterea quod nihil excernere dicatur, Nam, cum nutriatur semi digesto alimento, minimeque grosso, sua subtilitate, & naturæ ad nutritionẽ necessitate, totum conuertitur in viuentis substantiam, Nisi dicamus, quòd ob tantam subtilitatem in vaporem dissoluatur, quòd verò in aperto, aerique præuio loco dormire narreut, in causa esse videtur exiguus calor, qui facili à maiori dissolueretur, & euanesceret: Hinc qui indiam incolunt dabiliores sunt, quàm ij, qui septemptrionem, quoniam in aere calidio ri viuunt, & fit naturalis calidi dissolutio. Argumento sunt aues Diomedis, quæ æstate loca frigida incolunt, & in atris latent quoniam natura sint frigida, & calore debili, qui facile dissoluerentur, at hyeme in aperto viuunt aere, quòd calor eo tempore reuocetur ad interna. Porrò spiritus clarificatur lumine, & vt loquimur euentatur nouo aere, non admodum quidem frigido, sed temperato: Nec mihi quis obijciat, credatq; camæleontem aere nutriri, nam cum sit animal cibi paucissimi, parco opus habet alimento, formicisque, & muscis alitur, Quamobrem egerit quoque excrementa, vt sępenumero vidimus, mutat autẽ colores (vt id quoque obiter adijciam) propterea quòd vt Arist. docet ob paucitatem sanguinis timidissimus sit, ac quauis leui de re perturbetur. Quin nec Salamandra nutritur igne, quanuis animal sit adeo frigidum, vt vel semel transiens ignem extinguat, Eamobrem rectè Arist. cum libro. 5. de historia animal. vermes rubros in niue vetustiori, nasci docet, addit eos non sola niue ali, cum niue aliquid sit commixtum, quo illi nutriantur. Præterea in cispin fornacibus, vbi chalcites lapis crematur, pluribus diebus bestiolas pennatas in igne oriri, nec tamen illo nutriti, sed partibus vltimo resolutis, & calido animari. Quare diu illas viuere non esse credendum. Pisces denique vt ex Arist. de historia animal. libro 8. colligitur, pura, sinceraque non nutriuntur aqua, cum alij alga, & musco, aut ea sceute aliqua materia, alij mutua sui generis præda, nonnulli limo, & liquid in luto compe riant, alantur, Verùm motu potius pascere, & interdum in altum secedere sunt soliti, De mocritum, & Olympiodorum, vel siquid græcia mendax audet in historia, vt falsum reijciamus, siquidem quantùm græcis testimonijs, sit adhibendum fidei, Cicero tum in orationibus tum ad Q. fratrem, qui in potius sexcentis in locis nos docet. Hæc sunt Alphane desertissime, quæ in præsentia citra verborum lenocinium, Arist. vestigia ingredienti, quantùm quidem à continuis, huius. Excellentissimi doctoris occupationibus successiuo tempore vacare licuit, ipsi scribenda putauimus, Quæ ita tandem probata satis, & commendata intelligam, vbi iudicio tuo longè acerrimò non displicuerint, Vale.

EXCELLENTI DOMINO
SCIPIONI FLORILLO PHILOSOPHO INSIGNI, LOGICO ACVTISSIMO, AC MEDICO PRAECLARISSIMO.

IACOBVS ANTONIVS MARTA Neapolitanus. S. P. D.

NIHIL Romæ foris, nihil domi, florente republica, nisi auspicatò gerebatur, multosq; , quibus aues non addixißent, magistratu se abdicasse, memoriæ proditum est. Ego, quorum felices exitus mente concipio, eorum principia, rerum gerendarum lubenter amplector: itaq; etruscos augures non accersam quidem vanos plerumq; Deorum immortalium interpretes. Sed te Scipio sapientissime, auguralis disciplinæ, & diuini sermonis scientissimum aduocabo: Cum enim post impetratam ex Deucalione, & Pyrrha perspexi humani generis renouationem, tu celeberrimus naturæ imitator, philosophorumque spirarchus; in omni disciplinarum genere, cæteros adeo antecellis omnes, vt ab Apolline inter consecratos philosophos octauus venias connumerandus. Optimo igitur iure, non vrbis modò, sed totius regni applausus, in te virum singularem vndiq; confluit, vt omnes te manifestè venerentur, obseruent, colant, tuamq; vnitam probitatem, omniumq; virtutum culmen admirentur, atq; mirum in modum suscipiant: Non ergo ab re felices, seq; ipsos fortunatos reputant, qui te omnibus scientijs, melliflua eloquij suauitate, cumulatum audierint, è quo, nedum logices, & philosophiæ, verum etiam medicinæ, difficillimarum scitu rerum, innumera vbiq; locorum, quadam mehercle, in explicandis rebus facilitate, atque ingenij in interpretandis perspicacitate, maximaq; in edocēdis vbertate ac fructuū dilucidationes prodierunt, vt difficillia queq; omnia, atq; abstrusa, maxime cum auditorum profectu (te authore) facilia, numerisq; omnibus absoluta videantur. Romani dum ab auium garritu, & augurum responsis toti dependent, ingentes sæpe hostium copias parua manu profligarunt: Ego qui te confidam, vt diuinæ maiestati animi proximum, ita rerum omnium scientia, inter mortales facilè principem, aut libellum hunc, inuitis maleuolis, biblioteca p vlstino traddam, & ad castra me ducam incolumen, aut id perquirens, occumbam: ac ne occumbam, tua erit, & opis, & operis: Quid enim est quod falsæ, vel inueteratæ opinionis vim extimescam, te duce acerrimo veritatis vindice, atq; assertore? Quid metuam periculosi certaminis aleam, te auspice? Sed iam classicum concrepuit, in aciem descendo, ipsumq; typographis cudendum commito. Vale.

IO. FRANCISCI LOMBARDI NEAPOLITANI AD SCIPIONEM FLORILLVM DISTICHON.

NE æternùm doleas, PORTII tibi, MARTA, dolorem
Dedicat eximij, SCIPIO chare, tuus.

90

DE DOLORE LIBER.

QVID NOMINE DOLORIS INTELLIGATVR, & quomodo eum Graeci exprimant. Cap. I.

CVM instituta nobis sit de dolore tractare operepretium est quid sit dolor, & à quibus causis oriatur, explicemus: Si antea quibus vocabulis, tum à Græcis & à Latinis nominetur, tradiderimus: Græci in fingédis nominibus fœlicissimi, dolori varia nomina posuerút ἀλγημα, πόνον, ἀλγηδόνα, ἀνίαν, ὀδύνην, & κατα etiá ipsú aliquãdo appellarunt. Quod & Hippocratem, & Platonem fecisse testatur Galenus primo de sympto: causis, & 7. de placitis Hippocratis, & Platonis. Latinorum solum dolorem, & molestiam, sed interdùm quoq; laborem nominarunt. Contra quos Cicero æstuat, docens diuersum esse laborem à dolore, idem tamen translatione vsus, laboris vocabulo dolorem aliquando significauit. Sed hæc Grammaticis relinquantur, & concludamus prædicta nomina, non modo à latinis, sed etiam à Græcis vsurpari. Aristoteles tamen frequentius corporis dolorem πόνον dicere consueuit. Vnde in opere de generatione animal. eum dolorem, quem mulieres in pariendo experiũtur πόνον appellat, in problematib. quoque dolorem capitis πόνον nuncupauit. Licet 6. topicorum, dolorẽ corporis definiens, vsus sit nomine ἀλγηδόνος, & septima sectione problematũ, mente dolentes συναλγοῦντας τῇ διανοίᾳ dixerit, fortasse quod apud antiquos poëtas ἀλγηδών pro dolore corporis magis, quã animi vsurpetur, hæc vti inuicem distingueres, addidit mente: Sed cum dolor affectus communi sit animi, corporis, nos in nostra hac disputatione, de corporis dolore verba facere instituimus. De animi autem ægritudine, & dolore pertractare, munus est philosophi moralis, quamuis de hac animi molestia Galenus libro de curandis animi morbis perbelle differuerit, ibiq; doloris præcipuam causam, insatiabilitatem esse docuerit, quę ita nos torquet, & rationem subijcit, vt omne vitæ spatium cũ molestia transfigamus. De eo itaq; dolore, qui læso aliquo sensus instrumento, nos afficit, agere decreuimus, qui & si possit omnibus sensuum instrumentis accidere, maximè tamen tactu hic acerbus sensus percipitur: quare in cæteris sensibus, ea quæ malè afficiunt, molestias potius quàm dolores nominarem, vt paulò post inferius quoq; adnotabimus. At quoniam de dolore tactus, luculenter Galenus disseruit Platonem, atque Hippocratem sequutus operepretium erit illius sententiam, & cõmunes locus, in quibus de dolore suã opinionem explicauit, afferre, prospicereq; an simul consonẽt, vel inter se dissideant, vt cæsæt, qui grauis ipsum reprehendere consueuerũt. Primo igitur Galenũ audiamus, qui lõgè minus à veritate distantit, quã cæteri, qui eum sequuti sunt.

QVAE FVERIT DE DOLORE GALENI sententia, Cap. II.

GALENVS cui in medicina primas dederũt, in enarratione Hippocrat: de ratione victus in morbis acutis, & in primo de elemẽt. iuxta sententiá Hippocratis quædam de dolore habet, ex quibus ea, quæ ad doloris definitionem explicandam maxime conducunt, colligimus, primum illud est, quòd nihil doloribus afficitur, quin fuerit prius passionibus obnoxium, nihil enim dolore potest nisi corpus, vt Græci dicunt τὸ παθητὸν, hoc est passibile, vt probè Hippoc. libro de natura humana scriptum reliquit. Quare si ex atomis corpora constarent (quoniam & minima sunt, & impassibilia) neq; corpus ex ijs coaugmentatũ passibile esset, nec vtiqua doleret. Alterum est vt id, quod dolet, non sit caloris expers, & sensus cuiusmodi sunt cartilagines, ossa, & ligamenta, huic accedit, vt confertim, & totis simul, quod Græci dicunt ἀθρόως lanius fiat. Postremò, vt sit simptoma, at affectio præter naturam violenta, & à sensu aliena, hac enim particula, dolor à voluptate distinguitur, cùm & ipsa conformetur sensui, licet in alio voluptas cum dolore conueniat, quod ambo confertim fiant. Hinc explicatur nodus, cur cùm

genera.

generatur qualitas aliqua, membro conformis, & illi naturalis, etiam dolemus, si subitò generetur? Licet enim qualitas genita membro illi sit naturalis, modus autem, quo gignitur, cum subitus sit, est illi prçter naturã, quoniam natura subitas mutationes, ab vno extremo in aliud, non facilè sustinet, & ub id doler, hoc enim apertissimo exemplo docuit Gale, 2. de luc. affectu cap. 4. & 12. method. cap. 7. sumpto ab ijs, qui hyeme per niuem iter faciunt, quibus maximè digitorum extrema rigent, ac frigescunt, & si ad ignem propius admouerent, intolerabili dolore torquentur, prçsertim ad vnguium radices, qua apertè nervus est, actioné sentiendi vim præbens. Huius doloris causam ibi reticuit Gale. sed non aliam esse existimo, quàm ipsum frigus, quod vt contrarium calori reuitenti, contraq; contendenti, pellitur in profundum subitò, vnde ex ea intemperie repentina, comprimuntur partes, & fit solutio continui, ac dolor, qui si sensim calefierent, excitaretur, verũ intelligere oportet id fieri, cum summè frigescunt partes, alià qui si remissius refrigerarentur, vel non sentitetur acris dolor, vel nullus. Itaq; ex his colligimus conditiones quatuor, quæ, vt excitetur dolor per quam necessariæ sunt, prima vt corpus sit passibile, secundo vt sentiat, tertia, vt subitò, ac videnter mutetur, postrema vt ea alteratio præter naturam sit, ac sensui inimica. Sed vt absoluta doloris ratio colligatur, genus vtpote, à quo omnis perfecta ratio proficiscitur, inquirendum est. Quæcunque à natura in corpore fiunt, ea sunt, vel actiones, vel passiones, vel facultates, ita enim in fine 3. libri de cœlo, & 7. ethicorum, Arist. corpora naturalia à se inuicem discerni, differreq; docet. Itaque cùm dolor naturalibus corporibus accidat, necesse est eum ad aliquod ex tribus his dictis generibus referre, & aut sentiendi facultatem, aut actionem, aut syptoma eorum esse, Gale. lib. 2. de loc. affect. vbi doloris, & voluptatis diffinitiones inuestigat, Dolorem tristé sensum, ait esse, Id, quod Ciceroni etiam placuit, qui asperum, & molestum sensum eundem nuncupauit. Cæterum sensus, quem αἴσθησιν Græci dicunt, duo apud græcos, & latinos significare receptum est, & actionem, & facultatem, quare dubitare possis quo pacto in ratione doloris accipiatur, constat tamen accipiendum esse pro actione, & non pro ipsa potentia, quod vel ex Gale. patet, qui in primo de simptomat. causis, dolorem esse ait non in re, quæ facta est, sed cum fit, ita vt sit actio, & non qualitas profecta, verum proficiscitur aliquando à dolore praua quædam interperies, ipsa tanta ratio doloris est rei contrariæ sensus quod Auicenna Galenum imitatus probauit, & idem, ex causis, quas Galenus posuit aperte demonstratur, nam quæ concutiunt, quæ tunduut, quæ pungunt, quæ diuidunt causas esse doloris affirmauit, ita vt ipsum in actione consistere séserit, est enim sensus alterationis hoc est perceptio alterationis, vt 7. de platicis hip po. & Plat. non longè à fine demonstrauit: nam siquis dolet, afficitur prçter naturã. Itaq; præceptio sensus, & non facultas erit dolor. Quamobrem non sunt audiendi, qui sub qualitate passibili, tanquam sub suo genere reponũt si rem ipsam ad veritatis lancem appendamus, sensus enim passiones sensiuui esse, Arist. docuit, cui aliquando astipulatus est Gale. & quãquam vocabulum πάθος apud græcos ambiguũ sit, & pro omnibus accidentibus vlurpetur, nos tamen passionem nunc intelligimus pro illo alterari, ac mutari (vt ita dicam) vt à qualitate passionem inferente secernamus. Quamobrem actiones tristes, ac molestas, propriè passiones dicimus, quomodo 5. libro. met. Arist. passiones accipi, demonst. Itaq; cum dolor sit tristis sensus confertim factus, aut sensum sequatur, vt paulò post demonstrabimus ex Aristotelis sententia, nulla ratio passibilis qualitatis, in eius definitioné impeditur. Adde quòd dolor in numerum sensibilium ad scriberetur, equidem propriè sensus tactus, si passibilis qualitas dici posset. Quin imò concluderemus dolorem, cum sit sensibilis, afficere necessam s & dolorem facere, sicq; vlterius esset quærendum, an dolor, qui à dolore proficiscitur aliũ dolorem inferret, quòd si daretur, iterum de alio quærendum, resq; in infinitum protraheretur, multaq; alia sequerentur absurda, & medicis, ac philosophis repugnantia. Igitur dolor passio est, & non qualitas passibilis, estq; affectus sensus, eadem ratione, nam cum dolor inter simptomata numeretur, quæ sunt actionum accidentia: seu noxæ, iure & passio ipsa pro subiecto accidentis accipietur, & maximè actionis sensus tactus: sæpe enim vsu venit philosophis, vt formam pro subiecto intelligant, nam album pro homine albo, & vt more istorum loquar, concretum accidentis, & pro forma, & pro subiecto, intelligere possumus, velutian. 5. met. 14. & primo phy: docet, & ego paulò post latius explicabo, in hoc enim omnis disceptatio inter Galenum, & Arist. versatur, an dolor sit actio sensus, vel aliquid sequens actionem. Galeno quidem placuit, dolorem actionem esse, attamen eiquis se obijciat, negetq; dolorem esse actionem, quod sit tristis actio, perinde ac si hominé mortuum, hominem non esse affirmaueri[mus, nul]lam enim inter se similitudinem habent, quandoquidem mors omnem hominis rationem perimit: Cæterum res aliter se habet, nam molestia, quæ in actione percipitur, non priuatio é actionis, sed eiusdem symptoma notat, idque ex Galeno quoque colligitur, qui primo de sypto: causis, quoddam esse commune tam do

lotis,

loris, quàm voluptatia demonstrat, népe subitam mutationem, si dolor, ac voluptas perinde, ac homo moriuns, & viuus inter se dissidet, non conuenirent vtiq; in actione, aut mutatione, quòd æquiuocis nulla conueniat ratio, quare si subita actio tam dolori, quàm voluptati communis est, tolli nullo modo potest, quin dolor sub actione comprehendatur, quia tamen voluptas perfectior est, iccirco primo actionis nomine nominabitur, deinde dolor, Definitio igitur doloris cum suum genus inueniat. est enim dolor sensus, atq; ille asper, nec opus est addere animali, vt quibusdam placet, cum enim dico sensum, animalis rationem intelligo: additur huic definitioni confertim factus, quò dolor, & voluptas ab alijs distinguatur actibus, qui sensim fiunt. Cæterum quia hęc ratio voluptati quoq; conuenit, quod ipsa quoq; subitò fiat, adijcienda est alia particula, præter naturam, siue molestus, vt per eã à voluptate separetur, ita vt dolor sit asper sensus, præter naturam, ac subitus, voluptas verò sensus blandus secundum naturam simul genitus, at ne sic quidem definito dolore contenti erimus, quãuis quid sit exposuerimus, nisi causam quoq; addamus, à qua fiat, quoniam dolor est accidens, in opere consistens, quo perempto perimatur accidens. Decet igitur ponere agentem causam, vel causam sina qua nõ hæc autem erit mala intemperies, soluta continuitas, tota igitur ratio hoc pacto componẽda est. Dolor est sensus asper, præter naturalis, confertim factus à mala temperie cum solutio tio continui: Hæc sanè ratio, & quid, & propter quid explicat, quàm constat sola positione à demonstratione, differre coniungit enim cum conclusione principium, Videmus autem eiusmodi definitiones Aristoteli frequentes esse, in quibus additur causa faciens, vt 6. topic. vbi dolorem definiens, additur causa doloris: Et inquit. passio animalis, facta ex distantia partium præter naturam, sic 4. meteor. vbi concoctionem definit esse perfectionem factã à calore, apponit calorem, quæ est causa faciens concoctionem, ita quoq; lunæ eclypsim esse priuationem luminis lunæ, ex interpositione terræ inter solem: & lunam, explicauit Philosophus: Neq; enim inutiliter efficiens causa in definitione eiusmodi operũ, quæ ab agẽtibus causis fiunt, & ab ijsdem conferantur, apponitur. ob id Aetius, Galeni sectator, non contemnendus, adiecit causam efficientem, cum inquit. Dolor est repentina temperamenti mutatio, & futura solutio continui, & intelligendo solutionem continui, ac si diceret non solum est mutatio temperamenti, sed cum intelligentia solutionis continui, quoniã dolorem in corpore contactum à causa intrinseca desumpsit aetius, propterea animaduertens doloris duplicem causam, vt pluribus locis adnotauit Gale. vnam extrinsecam, quam dixit esse ictum, fracturam, contusionem, cæteraq; eius generis quæ sensui est manifesta, & alteram intrinsecam, quæ ratione comprehenditur, & est immoderata intemperies: hanc doloris causam, aetius nobis explicare volens, inquit. Dolorem esse subitam temperamẽti mutationem, meditationemq; solutionis cõtinui quasi nos moneat, vt vna cum temperamenti mutatione, soluta in etiam continuitatem esse intelligamus. Neq; enim potest sine solutione continui intemperies, acerbum dolorem generare, eo quòd ad eius generationem, ingens læsio requiratur, quæ non fit, nisi intercedente causa soluente continuum, vt 7. de plac. Hippoc. & Plat. traditum etiam est à Gale. quãnuis autem causæ plurimæ, ac spetie distinctæ sint, vt videre est apud Gale. vbi eas enumerat primo de sympto. caus. & 12. metho. quas libro Artis. medicæ, & 2. de ratione victus, ac libro de inæquali intemperie, omnes sub duabus complexus est, sub intemperie, & solutione continui. (licet 12. metho. & 4. de simpl. medic. facult. vnam proximam doloris causam ponat, internam, ac latentem cõtinui solutionem, quod nõ immerito ab Auic. & Auer. ipsi adscribitur) His omnes doloris causas Aetius in sua definitione concludit. Generant porrò intemperies, & solutio continui dolorem non modò in sensu tactus, verũ etiam in omnibus alijs sensibus, vt Gale. in libro de different. sympto. & primo de sympto. causis vbertimè demonstrauit, atqui Auicen. & recentiores medici acriter Gale. reprehendunt, quod varijs in locis, variè de dolore loquatur, quasi sibi non constet. Sed (vt mea fert opinio) in sophistarum grege adscribendi sunt, cum in dubium vertant, id, quod mente assequi non possunt, Id enim Gale. sophistarũ esse proprium libro de causis probat: Arist. perbellè adnotauit, at nos tantũ absumus ab eius sententia reprehendenda, vt à maleuolorum sunore ac detrahentium inuidia, ipsam vindicare constituerimus, quo magis ipsa veritas elucescat.

QVAE CONTRA GALENVM DE RATIONE, & causa doloris obijciantur
Cap. III.

Galenvm igitur accusant quòd sibi non constet in doloris explicatione, aliquando enim tristem esse sensum scribit, vt superius patuit, at in libro de diffe. sympto. inquit tactū egregium præter cæteros sensus in actione sua symptoma experiri, nempe dolorem, quod & reliquis sensibus est commune, vt hinc apertè patet dolorem non esse actionem, sed actionis symptoma, nam quòd alicui accidit, nulla ratione dici poterit esse illud, cui accidit. Dolor ergo in actione sensus fit, & actio eius non est. In libro etiam de arte medica. ait. Quæ dolent, & quorum motus sunt deputati, aut intercierunt, manifestam habent determinationē. Hæc Galenus, vbi dolorem ab actibus, & motibus deprauatis secernit, ita sanè, vt dolorem non esse actionē deprauatā, ex his locis astruere liceat. Præterea non hoc solum, sed etiam in explicandis causis doloris variè loquitur, nam in lib. de inæqual intemp. alterationem doloris causam statuit, idem sensisse videtur, & in lib. de nat. hum. Hippocratem exponens, qui ait, si homo vnum esset, animal non doleret, quia inquit Gale. non alteratur, igitur alteratio videtur esse causa doloris. Quin etiam & de intemperie, quæ continuum soluit ambigua profert. 12. enim metho frigidum, & calidum primas causas continuum soluentes esse credidit vt 2. de comp. medic. secundum loca siccitatem addidit, humiditatem excludit, quā tamen admisit libro artis medi. & de Inæqual. intemp. & lib. de const. nat. humidum enim inquit, & si non pati caliditate, spatio tamen temporis transmutare.

DEFENSIO GALENI.
Cap. IIII.

At Hæc omnia patuifaciat qui diligenter Gale. sententiam perscrutetur, nec magno negotio ea omnia diluet, In lib. enim de arte medica (vt huic loco primum satisfaciamus, signa proponens, per quæ morbosum corpus ab optimè constituto distinguamus, ea recenset, quæ sensui pateat, vbi ait, quæ igitur dolore infestantur, & quorum motus sunt deputati, aut omnino intercierunt, manifestas habent determinationes. Hæc Gale. exponunt aduersarij hunc locum ita, vt colligant dolorem non esse actionem læsam, quasi eum à motibus deprauatis separauerit. Sunt alij, qui velint Galenum distinguere dolorem non ab omni motu deprauato, sed ab imperfecto tantùm atq; imminuto, quasi per motus deprauatos intelligat diminutos: Verum dolor actio deprauata est, & vt inquit Auic. corrupta, eo modo, quo & prægnantium appetitus corrumpitur, dum terram, carbones, aut lapillos prosequuntur, nam actio, iuxtà Gale. sententiam in lib. de differ. sympt. tripliciter læditur, duobus quidem modis vitiosa efficitur, & cum imminuitur, & cum deprauatur, sub qua deprauatione dolor cōprehenditur. Tertio verò modo prorsus tollitur, neque dolorem habet subsc. In secundo igitur ordine, cum deprauatur actio, dolorem deposuit: sed redeundum est ad verba Galeni in arte medica, quæ alijs sit interpretantur, vt coniunctionem illam, & non pro coniungente, sed pro exponente accipiant, ac si Gale. dicat, quæ dolent, & idest quorum motus sunt deprauati, ita, vt omnē vitiosam actionem, & imminutam, & deprauatam, vno in loco comprehendere voluerit. Ego verò eiusmodi expositores nō probo, licet à Galeni verbis non omnino videatur alieni, quamobrem ex lib. de sympt. differ. Galeni mentem elicio, vbi actiones sensuum bipartitò distinguit, quatenus vel ex toto pereunt, cum scilicet obiectū sensuum non percipiuntur, & quatenus vitiosè obiecta percipiuntur, atq; hoc secundum diuisionis membrum in duo rursus secat in deprauatas, atq; imminutas. Deinde subijcit, tactus egregium præter cæteros sensus in actione sua doloris symptoma experitur. In reliquis quidem sensibus excitatur etiam dolor, verum qui in tactu sentitur, à cæterorum sensuum dolore, duplici ratione distinguitur, vna, quòd in cæteris tantùm producatur à proprijs obiectis, in tactu autem non modò ab externis obiectis, sed multò magis ab internis affectibus infertur, altera, quòd dolor tactus, præ eo, qui in reliquis sensibus excitatur, vsq; adeo intolerabilis est, vt non nulli sibi ipsi ob eum, mortem conciscant. Ex hitaque verbis Galeni patet, dolorem in sensu tactus, tanquam egregiū & vehementem separari à deprauatis aliorum sensuum actionibus: Ergo eum in libris art. med. dicat, quæ dolore infestantur, & quorū motus sunt deprauati, censeo ibi secernere dolorem in sensu tactus à motibus aliorum sensuum deprauatis, non quod & ipse in tactu nō

ſit motus, aut eius ſymptoma, ſed quòd vehementior ſit, & propterea longè ab alijs motibus differat, atq; ob id ſolus doloris nomine appellari mereatur, cum alij tantum motus deprauati vocentur, ſed cauſam propter quā maior ſit dolor in ſenſu tactus, quam in alijs, ipſe quoq; Gale. 2. de ſympt. cauſ. docet, eamq; in inſtrumenti craſſitudinem, reijcit, quo .n. craſſius inſtrumentum, eo maiorem voluptatem, & maiorem dolorem percipit, ac maiori cum violentia, tactus itaq; cum inſtrumentum habeat carnem muſculorum, vel neruum qui intra carnem eſt, magis quàm alij ſenſus afficitur, atq; alteratur, eoq; alterationis ſenſus eſt efficacior, neq; neceſſarium eſt Galeni placita ſectanti, quorum ſymptoma in actione læſa collocata, ſub quo dolor comprehendatur, cum commodè ad ſymptoma deprauatæ actionis referatur, primumq; in ea locum ſibi vendicet. Philoſophi tamen aliam fortaſſe afferent rationem, cur dolor adeo afficiat ſenſum tactus, ea autem eſt, quod vitæ animalis ſtatim aduerſetur, animal enim per tactum animal eſt, at in cæteris ſenſibus dolor cui ſenſui, vniq; eius organo Infeſtus eſt. Neque prorſus vitę animalis eſt inimicus, propterea q; minus tunc hominem afficit, minusq; excruciat. Inferius aliam dabimus ad Ariſt. mentem propius accedentē. His ita conſtitutis, venio ad rationes, aſſeroq; dolores in actione conſiſtere, & eſſe actionem, neq; hæc inter ſe pugnant: dolor enim duobus modis capitur, tum à medicis, tum à philoſophis, vno, vt à voluptate diſtinguitur, & vt eſt accidens, atq; hac ratione vt accidēs dolor eſt in ipſa actione, & actio eſt quaſi genus ſubiectum, in ſuas differentias diuiſum, puta dolorem, & voluptatem, alia ratione accipitur, pro actu, quo dolemus, atq; ita eſt actio deprauata, quod per exemplū tibi manifeſtius fiet, rationale, cum differentiā ſignificet, in genera non cōprehenditur, neq; de eo genus verè dicitur, vt 3. metaphy. Ari. docuit, at ſi rationale hominem nobis denotat, & ſpeciem ipſam, verè dicimus rationale eſſe animal. Idem dolori accidit; nam ſi pro actu, quo dolemus, accipimus, eſt actio, ſin autem vt accidens in actione, dicitur actionis ſymptoma, atq; ſic argumento ſatisfaciemus ſuperius adducto, quod verò pertinet ad cauſas doloris, in quibus tradendis, ſibi non conſtare Gale. dicebant, ſi memoria tenemus iam ſuperius enarratam diuiſionem cauſarum doloris, ſoluetur nodus: cauſas enim doloris, alias obſcuras, quas haud quaquam ſenſibus, ſed ratione tantùm comprehendi diximus: manifeſte quidem ſunt, ſoluta continuitas à cauſa externa, atq; immoderata intemperies, at ſolutio continui ab interna intemperia profecta, obſcura eſt, eaq; ſolùm eruditio medico innotescit, & de hac Actuum locutum eſſe ſupra dicebamus. Gale. itaq; cum alterationem, & ſolutam continuitatem eſſe doloris cauſas dixit, interdum eam accipit, quæ euidens eſt ſenſui ita vt ſoluta continuitas dolorem generet, quē poſtea ſequitur intemperies, cui ſententiæ penitus Auer. conatur repugnare, & contra, vbi alterationem doloris cauſam ponit, intelligi ſemel continui ſolutio debet, quod in aetij loco exponendo ſupra monuimus: & quāquā Gale. intemperiem, tanquam cauſam manifeſtiorem plerunq; tamen ſolutionem continui, ſiue externam, ſiue internam, cauſam proximam doloris attulit. Sed ignorare non oportet, quod ſolutio continui in corpore ſequitur intempereriem, externam verò intemperiem ſolutio continui comitatur, quare, vt mutuā harum conſecutionem percipias, ſcire conuenit, continuum intra corpus plerumq; ſolui non poſſe à cauſa interna, niſi affectio pręcedat & propterea ſolutionem, quæ intra corpus fit, intemperies neceſſario præcedit, ſed externā quæ ab ictu procedit intemperies ſequitur. Dolor tamen ipſam ſolutionē proximè ſequitur. Nec remoueant qui Galenum aſſerunt ſolutionem continui, & intemperiem interdum ſimul generari, propterea quod ſolutionem continui aliquando intemperies ſequi ſoleat, à qua dolor gignitur, recedunt enim ii à Galeni ſententia, & toto cœlo aberrant; nam vbi cō continuitas ſoluitur, ſpiritus, & humores dolorem generantes, ad eum locum confluunt, quapropter ſi poſt factam diuiſionem alius dolor à priori inducitur, ille, iuxta Galeni ſententiam à noua ſolutione oritur, quam producunt humores obſuam, ſiue craſſitudinem: ſiue aliam qualitatem, atq; hoc pacto huic quæſtioni ſatisfacim' de cauſis doloris, cur aliquā do vna, aliquando duæ à Galeno afferantur, Porrò ſiccitas, cum minus agat, neq; vehemēs ſit in agendo, vt aliæ qualitates, leuiorem inducit dolorem, humiditas autem cum ſegnis ſit admodum, nullum dolorem exiccat, vt ſecundo κατὰ τόπους aſſerit Galenus, quòd ſi libro de inequali intemperia dixit omnes intemperies dolorem gignere, inferius tamen eodem capite præcipuas doloris cauſas duas ponit nē pe calidum, & frigidum, quibus poſtea annectit ſiccum; & poſtemo humidum: ſiccitas.n. ratione priuationis potius quam alio modo dolorem infert, at humiditas quantum ſpectat ad ſuam qualitatem, dolorem minimè efficere poteſt, (non aliter quam in ſimilaribus partibus, ſole intemperies dolorem ſua vi minimè producunt) ſed tantum ob ſui craſſitiem, & copiam in partibus diſſimilaribus dolorem generat, neq; aliam puto fuiſſe Galeni mentem in loco proximè adducto, ſic humores capitis, dolorē non inferunt, alia ratione, niſi ſui multitudine, mora, & acrimonia. Idcirco cum Gale. Hippocratis ſententiam interpretatur, vbi inquit

inquit quòd in oĩ morbo fit vlcus, hoc propterea euenire probauit, quia humores ĩ quouis morbo erodendo, tendendo, premẽdo, euellẽdoq;, aliquã faciunt cõtinuitatis solutionem. Quibus ita constitutis facilè intelligitur rõ; quam affert Hypocr. in lib. de nat. humana, quare si homo vnus esset, non doleret, quoniã scilicet alterari non posset, nã si dolor est tẽtis sensus, necesse est eum, qui dolere debet alterari, alteratio autem in simplici non cõtingit, animal verò, ꝙ ex quatuor constat elemẽtis, per tactũ aial est, vt 3. de ani. docuit ar. inquit em̃ sensum nun est necesse in oĩbus viuẽtibus esse, neq; em̃ ea, quorum corpus simplex est, contingit habere tactum, neq; sine hoc possibile vllũ esse animal, ex quibus verbis facilè patet nõ posse dolere, quod simplex est, quia sensu caret, cùm dolor sit actio ipsius sẽsus, vt ex Galeni sentẽtia iã demõstrauim°. si quis aũt hæc vberius tradita desiderat, reijciẽdus est ad Galeni librũ, nõ solùm de natu. humana, & de elemẽtis secũdũ hyppo. sed ad eũ qui de const. artis inscribitur, vbi priscorũ philosophorũ sentẽtias euertit, & cũ Dem. atq; Epic. certat, qui naturã ex atomis esse cõ ẽretam, volebat sed hanc hæresim è medio sustulit, quia si ex his constaret, nõ alterar etur, & sublata alteratione, sẽsus ex toto auferetur: Rectè itaq; censet in lib. de nat. hum. Hyppo. quòd si corpus simplici constaret elemento, non vtique doleret, nihil enim esset, quod ipsum ageret, at si quis instaret, quasi ex selpso pati posset, si hoc, inquit esset, vnica medela sufficeret, verùm hoc ab experimento, & rẽ ipsa recedere compertum est, quare vt omnĩbus notum prætermittatur: Cæterũ, vt Hyppocratis sententiam, medicorum, & philosophorũ decretis confirmemus, pro ut aperte intelligo rationẽ Arist. 1. de cœlo, qua cœlũ esse incorruptibile probat, Hyppocratis ab ratione non dissentire, probat enim Arist. cœlum esse incorruptibile ex vnitate, nam cœlũ ex tota constat materia, illud autem, quod ex toto constat elemento primo, vnum esse, necesse est, quòd si vnum est ex toto primo elemento, nec pati, nec corrumpi poteſt, quòd nihil habeat, quod in ipsum agat, nam teste Auer. alteratio compositionem significat: si quis præterea obijciet elementa quatuor secundum se tota æterna esse, vt 3. de cœlo ostensum est ab Arist. & tamen habere partem materiæ, habere intellige esse æterna per successionem, ac partium continuam generationem, veluti probarunt philosophi, & cùm æquales habeant materiæ portiones, seruari in illis proportionem, vt docuit primo libro meteor. Arist. Atq; hæc pro Galeni defensione, contra recentiores sufficiant.

AVICENNAE, ET AVERROIS OPINIO De Dolore. Cap. V.

Defendimus insuperiori capite Galenũ ab his, qui ipsi aduersari ostendere nitebantur, nũc, ne quid desideretur in hac nostra tractatione, antequàm ad veram de dolore explicationem accedamus, paucis recentiorum medicorum sententias de dolore discutiamus, Primum igitur se se nobis offert Auicẽna qui in 2. fen. primi lib. doct. 2. sum. 2. tribus argumentis contra Galenum insurgit, quorum primum est, dolor in partibus similibus, & continuis, vbi nulla est soluta continuitas sentitur, hinc ergo sequitur solutionem non esse causam doloris, vtitur deinde exemplo ad declarandũ assumptum esse verum, ĩ partibus, inquit, continuis, vbi nulla est solutio, dolorem sentimus, nempe membrum totum interdum dolet, cùm tamẽ non sit solutum, aut diuisum totum: secundum argumentũ est frigus dolorẽ in partibus refrigeratis continuis excitat, & nõ sentitur, vbi manifestè soluitur continuũ, quare malam temperiẽ potius causam doloris esse, quàm solutã continuitatẽ cõcluſit postremo idẽ persuadet hac rõne. Dolor est rei contrariæ sensus, sed contrariũ sensum intẽperies efficit, & non soluta cõtinuitas igitur intẽperies erit causa. Idẽ quoq; Aui. 6. natural. duas esse doloris causas pcipuas docet, intemperiem, & solutam continuitatem, ꝙ ex eo probat, quia sanitas in ipsa tẽperie, atq; vnitate cõsistit, quare corruptio tẽperiei, & cõtinui solutio, quã sensus tactus sentit, dolorẽ affert, discernit em̃ tactus noxia à familiaribus cumq; noxia dijudicat, dolet. Nobis autẽ hęc Auicennæ sententia non probatur, neque em̃ explicat proximã doloris causam, sit ne ea intẽperies, an soluta continuitas. Demonstratũ em̃ est à philosophis, ꝙ vbicunq; vnius effectus plures sunt causæ eius dẽ gñris certo ordine, illũ efficiunt, causantq; ita vt alia prior sit alia posterior, & quędã magis communis, alia verò magis propria, quod satis patere põt exẽplo solis, & hominis, qui generãt hominem: nec est ꝙ dicas intemperiem suapte natura, & solam, vel continui solutionẽ, solùm per se dolorem afferre, nam hoc ridiculum esset, & à ratione alienum, si enim hæ causæ dolorem per se generant, neque alterius interuentu hoc faciũt, sequetur hoc sanè incommodum, quòd vnius effectus sint duæ causæ eiusdem generis per se, proximæ, & immediatæ, & sic vnum à pluribus proficisceretur in eodem

genere, ac modo causandi, quod est contra commune placitum, & axioma philosophorum, quia vnius effectus est vna prima causa; sin autem hæ duæ causæ per aliquam communem rationem, dolorem excitant, explicanda est, quæ nam sit hæc communis ratio, ob quam tam intemperies quàm continui solutio generare dolorem possunt. Sed si quis diligenter verba Gale. inspexerit, eo loco, vbi Gale. reprehendit, videtur intemperiem præcipuam, ac proximam doloris causam statuere, inquit enim quòd vnà cum intemperie cõiungitur aliquando solutio continui, quã ob rem Auicen. sententiam reprehendit Aue. 3. collig. vbi penitus euertere conatur solutam continuitatem per se doloris causam esse: vtitur autem hac ratione, dolor in alijs sensibus à proprijs obiectis infertur, quare in tactu quoque à proprio obiecto inferatur necesse est, hoc autem non est soluta continuitas quoniã inter propria obiecta sensus tactus, non enumeratur solutio continui, obiecta enim propria tactus sunt quatuor primæ qualitates, & quæ illas sequuntur durum & molle, graue, & leue, asperum, & lene, & nemo solutam continuitatem inter propria obiecta connumerauit, quòd si dixeris ex 2. de ani. solutionem continui ad numerum reduci, quod est sensibile commune, hoc vel parùm exercitatis statim absurdum videbitur, quandoquidẽ communia obiecta, non nisi per propria agere possunt; cùm sint subiecta immutationis sensus, quæ fit à proprijs obiectis. valeat igitur gentilis Fulginas, qui conatus est ostendere communia obiecta sine proprijs posse sensum immutare, de turri alba exemplum inducens, cùm eminus eius magnitudinem prius perspiciamus, quàm albedinem cernamus, hoc itaq; persuasus, censet commune obiectum prius sentiri, quàm proprium, sed lõgè aberrat, neq; enim turris magnitudo omni colore priuata, visu deprehenditur, quamuis ob plurimum loci interuallum color verus percipi nequeat, res enim ob magnam loci intercapedinem alio colore infectæ apparẽt, quàm quo re vera insigniuntur, quemadmodum in nostro commentario de coloribus demõstrauimus; offert igitur se nobis aliquis color, quo turrim videmus, si non albus, saltem pallidus aut in multa distantia niger, quo commune illud obiectum, scilicet magnitudinem apprehendimus, quam in tanto interuallo, si rationem optimam sequi volumus, propter angustiam, & acutiam angulorum, quos radij faciunt, minus videmus. Taceat igitur Gentilis in philosophia parùm eruditus, qui turris altitudinem, pueriliter admodũ citra vllius coloris opẽ, dignosci credidit, neq; intellexit tenebras dici nigras & ad nigros colores referri, vt eodẽ nostro cõmentario docuimus, sed lõgius dilabimur: reuertamur igitur ad institutum, & præter ea, quæ ab Auic. dicta sunt. Audiamus Au. qui & ipse à Gale. dissentit, vnam tantùm per se, ac proximã doloris causam statuens, nempe intemperiem, quæ tñ totum mẽbrũ non afficiat, nam talis non sentiretur, quẽ admodum nec illa intemperies sentitur, qua hectici laborant: Censet. n. auer. solutionem continui generare intemperiẽ, & ab hac deinde dolorem effici, ratio verò quæ id persuasit in hoc consistit, quòd solutio continui sit motus malus, qñquidem naturæ aduersatur, cùm corrumpat vnitatem, quæ ad mẽbri sanitatẽ est necessaria eaq; soluta intemperiem faciat, inferens contrarium temperies, quòd sanè nihil est aliud, quàm intẽperies, igitur ab intẽperie proximè promanat dolor: sunt qui Au. damnent, quòd malus motus, quẽ dicit introducere intemperiem, sit ex eorum numero, quos locales vocamus: at nulli tales intemperiem generant, vt patet quia multis eiusmodi motibus corpus nostrum mouetur, à quibus minimè alteratur, ad hæc, esto quòd motus ille localis intemperiem faciat, hæc nulla alia sanè erit, quàm inflammatio spiritus, qui fertur ad locum diuisum, atque ita intemperies huiusmodi semper calida esset, quod tamen falsum est, nam statue hominem in aere frigidissimo, diuidaturque illius caro instrumento similiter frigidissimo, hæc diuisio dolorem non generaret, quoniam in eo calida intemperies gigni non posset, Denique solutio continui simplex morbus est, vt ipse Au. quoque docet 7. collig. de curat. solut. cont. at si statuamus intemperiẽ sequi ex solutione continui, morbus omnino compositus redderetur ex intemperie, & soluta continuitate: atque hæc satis sint quò ad Auerroem.

SOLVTIO RATIONVM AVICENNAE ET Auerrois, Cap. VI.

Et si horum rationibus prolixius satisfaciemus, cùm Aristotelis sententiam enarrabimus paucis tamen modò ijs est occurrendum, & primum rationes Auicennæ, qui argumentabatur, q in tota parte membri doleamus, & tñ in tota non fit solutio continui. Deinde q totum corpus internum doleat, nulla facta solutione, vt patet in febricitante, hoc modo diluimus, concedentes quidem, quòd in tota parte simplici, totoque membro dolere possumus, attamen ea portiuncula, cuius vnitas

soluta

soluta est, magis sentietur dolor, ipsaque intemperies, ob partium consortium cum toto communicatur, vel fortassis melius, cùm alicuius partis vnio soluitur, acres humores, aut multi, & crassi ad locum solutum, & dolentem confluunt, vtpote imbecillum iam factum, ex hac igitur defluentis humoris acrimonia, vel multitudine, fiat aliqua diuisio, & solutio sensum lates, & interior, atq; in toto mébro ita erit pars soluta sensui manifesta, sed multæ aliæ latentes erunt, & dolentes ex causis proximè enarratis: simili quoq; ratione & infebricitante, calor ille igneus acris, vel humor qui febrem facit diuisiones latentes in partibus imbecillioribus molitur, & excitat dolore, atq; ob id corpus totum non æquè dolet, sed magis, vbi fit diuisio, & solutio. Erat altera ratio Auic. quòd frigidum, cùm continuũ soluit, non ita magnũ in diuisis partibus dolorem procreat, vt in extremis, nam extremę nihil eiusmodi perpetiuntur, sed nos id non alia ratione accidere posse existimemus, nisi quòd nerui, & carnis fibræ in sua principia cõtrahuntur, contractio porrò continuũ soluẽs, dolorem excitat, quod optimè traditum est à Galeno î principio 4. de simpl. medicam. facult. vbi demonstrat quo pacto & à calore, & à frigore, cõtinuum soluatur, cùm verò dicit Auic. dolorem effici à re cõtrariâ temperiei, at solutio non est res contraria temperiei, sed intemperies. respõdemus, quòd causa efficiẽs solutionis siue sit externa, siue interna, est cõtraria temperiei, quoniam illud obiectũ sol uens continuum aduersatur sanitati, puta duritiei, vel acuties scindens, aut multa copia excedens, diuisio igitur continui est ipsa læsio, causa verò lædens, & soluẽs est contraria ipsi sensui, quapropter sensus læsionis dicitur potius dolor, at apud philosophum est affectus sequens sensationem, vt paulò post dicemus; tria igitur sunt, causa efficiens diuisionem, & hæc est contraria temperamento instrumenti sensus tactus, quę soluit ratione instrumenti, tũ diuisio, quæ læsio dicitur, est, & tertio sensus, causam, & læsionẽ sentiens, vt audies: Diuisio itaq; sua natura, non est contraria tẽperamento, sed ratione causæ facientis diuisionem dicitur contraria: Porrò per hæc facillè Auerrois rationes destruuntur, quandoquidem diuisio non generat qualitatem, nisi per accidens, quia ex distantia partium oritur intemperies, sed diuisio est motus malus, factus ab obiecto, commensurato facultas tangendi, Dicitur autem malus, quoniam confestim est, læditq; organum sensus, decipiturq; Auer. cùm credit malam intemperiem, excitare dolorem immediatè, nisi intemperie solutionẽ continui includat, sed nec illud sentit Au. nec potest propriè dici, quoniam intemperies est qualitas, cuius est alterare, diuisio autem in motu locali, & non î alteratione ponitur, sunt igitur tria, qualitas tangibilis, & quę diuidit, diuisio ipsa, quæ est læsio, & perceptio, quæ dicitur sensus, vel sensatio, ex his tribus sequitur passio î appetitu, quæ dicitur dolor: Quòd si harum trium causarum doloris vna fuerit, non excitabitur in appetitu dolor, cùm enim qualitas tangibilis non erit pręsens, non vtiq; motus, nec dolor fiet, quia sensus est potentia sensibile, & præsente sensibili fit actio sensus exterioris, quòd si non diuidit, non generatur, quoniam ingens læsio requiritur, quaque nulla maior à qualitatibus tangibilibus fieri potest, amplius si patiens diuisionem alicui alij rei intentũ animum læsioni minimè applicauerit, sensus dolorem non sentiet, neque dolebit, atque ob id ligna, lapides, & inanimata omnia, quamuis patiantur diuisionem, cum illam non sentiant (vtpote quæ hac facultate carent) non dolent, itaque intemperies si inter causas doloris cõnumerari debet, vt qualitas lædens, quam nota sequitur diuisio secundùm peripateticos habenda est. Ad id verò, quod subdit Auer. dolorem in tactu a proprio obiecto fieri, perinde, atque malis sensibus, respondendum est, rectè illum sentire, quoniam prima, ac summa doloris causa, est qualitas tangibilis, ipsaq; intemperies, ut qualitas tangibilis dolorem excitat diuidendo, quoniam diuisio est læsio, quam dolor, & passio comitatur. Diuisio igitur non est obiectum tactus, vt latini in philosophia parùm exercitati asserunt, sed est læsio ab obiecto, quod ita acerbè mouet, vt dolorem excitet. sensus itaque, qui in partibus proximè diuisis est, percipit læsionem, vel, vt diximus 3. de ani. à sensu communi sensatio percipitur & læsio idest diuisio: Et quamuis non obscuri philosophi à sensu particulari percipi læsiones contendant, tutius tamen est dicere sensum communem percipere actiones, & læsiones sensuum, vt ita intelligas, quare tactum à corde oriri, secundo lib. de part. animal. asseuerat Ar. cùm igitur immediatè læsio in tactu contemperat, non quidem ob crassitiem organi vt Gale. sensit, aut quoniam animal est animal per tactum, vt superius recitauimus, sed ideo excitatur maior dolor, quoniam immediatius cor in tactu, læditur quàm in alijs sensibus. Quòd si quis objecerit eas partes distare plurimùm, fieriq; non posse, vt læsio ad cor vsq; peruadat: Dicas, quòd quauis membra quæ tanguntur, distent à corde, spiritua tamen, qui ad cor, tanquam ad suum principium reuocatur, cum corde affectum communicat: Quòd verò in alia ratione, quæ eadem est cum priori, inquit Auer. diuisionem non esse proprium obiectum, hoc quidem iam concessum est, dictumque sensum, qua litatem lædentem cognoscere, vt

proprium obiectum, at diuisionem, quę est læsio ex perceptione sensus cómunis cognosci, si enim sensus cómunis, qui in corde situs est nouissimè iudicaret, nullum vtique iudicium de læsione haberetur. Dolor igitur, vt posteri us dicemus, est passio in appetitu, sequens cognitionē, & iudicium sensus: Addit post modum Auer. diuisionem esse priuationem, sed dicendū est, quòd à medicis, tribus modis diuisio continui animo concipitur, vno sanè, vt motus malus, ac lædens, & sub hac ratione, cū à sensu cōmuni percipitur, dolorem excitat in appetitu, altero ut diuisio continui numerū generat, & multitudinē, quæ ratio potius est philosophica, nam 3. lib. phy. probatur à philosopho, numerum à diuisione continui generari, & sub hac ratione, diuisio est quædā continui corruptio, quia ex continuo fit discretum. sed & tertia ratione intelligimus diuisionem continui, vt est morbus quidam, quæ vt ad sanitatem refertur, priuatio est, & ipsa vnitas priuatio multitudinis dicitur, ut enim dictum est 10. metap. vnum, priuationē multitudinis notat, cōcedimus igitur duabus posterioribus rationibus, priuationem quodā modo dici, non quidem per se, sed vt inter se inuicem comparantur, diuisio, & vnitas: verū ob id non sequitur dolorem fieri à priuatione, quin potius à qualitate vnitatem irrumpē te per diuisionem, nam dolor fit confertim, dum præsens est qualitas diuidens, non autem vbi continuum iam solutum est, quare interea dum tangit, dolorem excitat, tangit autem diuidendo.

TVRISANI, PLVSQVAM COMMENTATORIS appellati, sententia. Cap. VII.

Latini medici primas ferè Turisano dederunt, qui in librum artis paruę, lōgissima ædidit cōmētaria, in quibus (vt ego existimo) multa congessit, sed paucissima probè coucoxisse videtur. Hic in ijs commentarijs, vbi de dolore agit, quatuor Auicennæ dictis addit, cætera ab Auicenna mutuatur, primum quidem diuisionem continui esse sensibile commune, & ad numerum referendam esse existimat, quoniam diuisio, duo ex vno facit, & quanuis numerum non intendat, tamen vnitatem corrumpit, & ex vno, duo generantur, idem sensit Auic. vt ex suis verbis patet, alterum est solutio continui, ea ratione, qua solutio est, dolorem non causat, sed propter malam intemperiem, quæ illam diuisionem consequitur fit dolor, tertium est, quòd membrū ipsum egressum è natura sua, & sua vnitate ad ipsum numerū præternaturaliter venit, sed hoc dupliciter intelligere possumus, vno qui dē modo, prout exitus ille, ab vnitate ad numerum morbus est, instrumentalis, & particularis dicitur, altero verò modo exitum ab vnitate ad numerū intelligimus, ratione morbi communis, quatenus per solutionem continui, quæ morbus communis est, ad numerū deductum sit membrum, & hac quidem ratione, vt ab vnitate membrum ad dualitatē abit, sensibile quidem per se est, sed non à quocunque sensu sentiri potest, verùm à tactu solùm, propterea quòd tangēdo diuidatur membrū: postremò inquit sensum apprehendere vnum negatione diuisionis, & numerum negatione continui. Sed huius viri sententia à me nunquā probari potuit, & alias a me sublata fuit, quare nūc tantùm his rationibus euertamus. Diuisio, quà diuisio est, est motus, quare ad motum potius, quàm ad numerum referenda est: Adhęc numerus ex diuisione continui generatur, vt docuit arist. 3. phy. ergo diuisio statuenda est causa numeri, debetq; numerus præcedere, quoniam nulla causa sub effectu collocatur, nihil enim quod prius est, sub eo quod posterius est, comprehenditur: accedit his quod sensus exterior percipere debet numerum ea ratione, qua continuū sentit, sed ipsum continuum per propria sensibilia percipit, quare ita numerū quoque percipere debet scilicet per quatuor primas qualitates, vel per alias, quæ sensui tactus propriæ sint, prę terea genito numero dolor nō est, quoniam vt ipsemet Turisan⁹ testatur, dolor excitatur cùm continuum soluitur, atque in re quæ fit, non autem in re facta cōsistit, quare antequā generetur numerus, dolor fit, non igitur numerus est causa doloris, sed sequitur ipsū dolorem, quia dolor prior est quàm numerus, quo circa diuisio, vt dolorem generat, non ad numerum referenda est, sed ad motum, vt ob id Auer rectius senserit, cùm dixit diuisionē esse malum motum. Deniq; quādo numerus est, non est diuisio, igitur diuisio nō est numerus vlla ratione, quando autem diuisio est, adhuc non est numerus, sed tunc fit: Verius ergo dicendum est diuisionem esse motum, & numerum esse terminum, ad quem properat motus, atq; per diuisionem fieri numerum, vt per motum generatur forma: Diuisio igitur numerus est imperfectus, & per se innuit motum, quare ad numerum referēda nequaquā est: Est & aliud, quod nunquam satis mihi arrisit, nempe quòd diuisio, qua diuisio est, nō generet dolorem, nisi vt illi iungitur intemperies, nam, vt rationem taceam, experientia id labefactat, velut docet punctura acus, quæ simul at-

mul atque diuidit, vnà dolorem cieat, quia etiam, quod sæpe numerò experimur, paruæ quædam bestiolæ, cuiusmodi sunt pulices, cū primùm diuidunt, dolorem excitant, Quare missa hæc faciamus, inquiramusq; quomodo intemperies inferat dolorem: Ipse, vt opinor mihi responderet, id facere tanquam agés in organum sensus: sed illud, quod agit sensum est sensibile commune, vel proprium: intemperies igitur, altero horum modorū sensum alterat, at non vt communes quoniam intemperies est qualitas prima, vel ex primis orta, est igitur sensibile propriū, & diuisio est sensibile commune. & causa intemperiei, & per se sensibile, vt ipsemet dixit à sensu tactus: Ex his vectatur argumentum, causa præcedit effectum, diuisio est causa intemperiei, & est sensibile per se, igitur vt sensibile est per se, antecedit, & prius sentitur, quàm generetur intemperies: Sed nec hic sistendum est, nam cùm diuisio in principio sentiatur à tactu, antequàm intemperies sit genita, sensus ille diuisionis, aut est tristis, aut blandus, si tristis est, sentitur cum dolore, si blandus cum oblectatione habes igitur quòd diuisio prius sentitur cum tristitia quàm ipsa intemperies genita sit, & hoc quidem fit, cum tempore æquè ac generatio qualitatis tempore indiget, quare sēsus diuisionis tempore præcedit intemperiem, si quis hanc rationem diligentius animo perpēdet, ei validissimè, ni fallor, vrgere intelliget, accedit quòd intemperies, cùm sensim generetur, & non tota simul (quoniam alteratio tēporis successione fit, cùm sit motus, qui ex momentis non coacervatur, vt in philosophicis probauimus, non poterit creare dolorem, qui confértim fiat, At huic nostræ orationi opponet, quòd eadem ratione diuisio quidem dolorem excitabit, cùm sit motus, cui in fine huius disputationis satis faciemus. Præterea diuisio, ea ratione, qua diuisio est, antequam generetur intemperies, corrumpit vnitatē membri, quare & naturam membri, sed corruptio vnitatis membri est cum sensu, & lædens, igitur diuisio, vt diuisio lædit, & sentitur, & vt in vnam congeratur ratio, diuisio, vt diuisio corrumpit vnitatem, intemperies, vt itemperies non corrumpit vnitatem membri, igitur diuisio corrumpit sensum, & non intēperies, quos enim vnitatem instrumenti destruit, virtuté quoq; lædit, quòd si ex duplicatis, nexus tibi non arridet, in secunda figura formabis ratiocinem: omnis diuisio corrumpit vnitatem, nulla intemperies est diuisio, igitur nulla intemperies corrumpit vnitatem, atqui corruptio vnitatis facit, vt membrum egrediatur suam naturam; nam vt ipse sæpius dixit, causa doloris est violentus exitus à sua natura. Itaque apertè sibi ipsi nō cōstat. Hinc iā facilè intelliges quantùm à veritate dissentit, id quod tertio loco fuit dictum, si enim sensu percipere tur exitus membri ab vnitate ad dualitatem, cùm hic exitus sit diuisio, per se sensu percipe retur diuisio: Quòd si esset, prius sensibile cōmune sentiretur, quàm proprium, vel necesse est declarare, quoniam sensibili proprio sentiatur hic exitus membri, antequàm generetur, mala itemperies. Adhæc si solus tactus de exitu membri ab vnitate ad dualitatem iudicaret, numerus vtique non esset sensibile commune, quia ab vno tantùm sensu perciperetur, non autem à pluribus, quod ratio sensibilis cōmunis postulat. Porrò quod postremo addit, ridiculum est siquidē affirmat sensum apprehendere vnū negatione diuisionis, & numerum negatione continui, non enim hæc dicta sunt digna viro apprimè docto, atque acuto, quòd cognoscere aliquid cum negatione, vel affirmatione, proprium intellectus sit, & sensus patiendo, non autem ratiocinando apprehendat: Sed quòd omnē absurditatem supera te, mihi videtur, est id quod proximè adiecit, nempe numerum, qui intentionaliter in obiecto percipitur, solùm intentionalitér alterate, cùm paulò inferius dicat numerum substātiæ, membri esse corruptiuum. Hæc enim sibi inuicem neque cohærent neque vera sunt: siquidem illud numerum intentionaliter alterare, aduersatur huic, substantiæ membri esse corruptiuum, quæ enim alterant solùm marginare non labefactant re ipsam substantiam: Præterea falsum est numerum intentionaliter alterare, cum simpl. Alex. in enarratione. 2. lib. de ani. & omnes philosophi, sensibilia communia, re ipsa afficere sensum asserant: Hinc fit vt magna lux, magis quàm parua alteret sensum visus, & magnus ignis magis quā exiguus tactum afficiat: Dehinc illud quoq; falsum esse censemus, quòd numerus substantiam membri corrumpat, numerus enim ut philosophi docuerunt, facultatem agendi nō habet, sed diuisio vnitatem membri corrumpens, substantiam, ac naturam eius destruit: Quapropter siquis omnia eius dicta in illis suis (quas uocat) digressionibus, ad lancem appenderet, innumeras proculdubio ineptias, & inconstantias animaduerteret: Inuehitur denique in lealetum, probatq, induci dolorē posse ab intemperie humida propterea nonnunquam uadere pars, atque humectari & alterari possit, adeo ut sensu percipiatur & cū æquè sentiatur humor, atque caro, æquè etiā partem corrumpere ualeat, atque hoc confirmat, quia leale exsune, & fiti, sentiri dolorē dicit, quali ex ijs pateat, quòd humor dolorē posset inferre. Miror equidem hominem hunc alio qui doctum, eiusmodi rationes afferre, quibus ipsemet Gale: satisfecit, nā Dij Bablj, quo pacto uales hæc ratio, humidum sēritur, ergo potest afficere dolore? habes enim ex leale-

Galeni pluribus locis, nihil posse dolorem inferre, nisi idem soluere continuum valeat, quoniam ad excitandum dolorem, summa requiritur læsio, quæ est solutio continui, humidum autem, suæ quidem qualitatis ui minimè potest, licet crassitie, aut copia sua dolorem excitare queat, sitis verò priuatinè (vt ita loquar) dolorem infigere potest, vt ipsemet Galenus eo loco de siccitate paulò supra docet: Hæc de Turisano.

OPINIO PETRI APPONENSIS. Cap. VIII.

INTER latinos medicos hō multæ lectionis conciliator, vnà cum Auer. sentit immediatam, & proximam doloris causam esse intemperiem: Insuper solutionem continui, nisi illi intemperies accedet, doloré inferre non posse arbitratur, primam tamen, ac summá causam esse vitiatam proportionem indicat, tanquam causam communem tam ad continuitatis solutionem, quàm ad intemperiem, si em inquit, intemperies, aut solutio continui, dolorem excitat, id facit, non ratione, qua intemperies est, aut ratione solutionis continui sed ob id, quia intemperies, aut solutio sunt improportionata, & incommensurata potentiæ sensitiuæ, est igitur, vt ipse sentit in his tribus, hoc est in solutione continui, intemperiè, & inuitiata proportione talis ordo ponendus, vt prima, & proxima causa doloris sit intemperies, deinde solutio continui, ac intercedente intemperie, postremo vitiata proportio, tanquam communis ratio, qua tá intéperies, quàm solutio continui generat dolorem, conatur autem hác suam opinionem, locis quibusdá Arist. confirmare: sed eius sententiæ non accedo: Nam primùm, cùm improportio, & proportio relationes sint (vt 2. de ani. auct. docuit) relatio verò actioné nullam habeat, improportio, & incommoderatio voluptatem: atq; vtram ipsam exemplo explicemus, patet non illa relatione, qua ad filiū refertur, filium generat, sed per potentiá suá actiuam, eodem pacto, neq; res, quæ sensui obijcitur, illa relatione, qua obiecto cómensurata est, dolorem excitat, sed sua ui, qua sensibus est, monet ipsum sensum, quæ si cóueniens est, inter illa oritur relatio, quæ cómensuratio, vel proportio dicitur, idem accidit in re sensibili lædente: non igitur improportio, & incommensuratio est causa communis, sed fortassis rectius eam communem habitudinem rei sensibilis, & sensus nominasset, improportio enim est communis habitudo ad omnem rem lædentem sensum: Adde, quòd improportionem inter rem sensibilem & ipsum sensum ponere videtur, qua si res ipsa, quæ dolorem insensu generate debet, ei proportione non respondeat: at hoc in omnibus, quæ doloré inferunt non probamus, quoniam res quæpiam, ut puta odor virtute olête, erit proportionatus, & commoderatus; sed in aliqua distantia delectationem inferet quòd si proprius ad sensum accesserit, doloré generabit, atq; ita dolor à re proportionata, & commensurata creabitur: Eodé pacto qualitas, & temperies quædam proportioni respódet membro, & tamé si consertim irruat, dolorem excitat, vt suprà, cùm opinioné Galeni disentiebamus, explicauimus: Adhæc si per proportioné, & improportioné, ea quæ est rei sensibilis ad potentiá sentienté intelligit, qua róne Aristotelem interpretatur 6. top. cùm inquit dolorem esse passioné animalis ex distantia partium cum violentia, vbi per distantiam partium improportionem intelligit, & ambiguè de improportione loquitur, voluit igitur homo hic dictis Auer. & Auicennæ obscuras rationes astruere, & quod Aristoteles διάστασιν dixit, quod est distantiam, & interuallum partium, per sese disproportionem appellauit.

DE OPINIONE GENTILIS. Cap. IX.

GENTILIS quoque fulginas multa, in hac de dolore disputatione, effutiuit, parùm sanè fœliciter, ac minus accuratè: primum enim inquit dolorem esse sensationem, ita ut actus ille sentiendi sit propriè dolor, & nó aliquid sequens sensationem, idq; authoritate algazelis, & Turisani monachi comprobat. Deinde ait, quòd solutio continui, ut diuisio, non est causa doloris, & in hoc cum Turisano conuenit, prætereà habet quòd solutio continui, disponit partes diuisas, ita vt ab obiectis, hoc est ab aere, aut à re dura, tangente, non conuenienti modo tangatur, superficies enim diuisarum partium negnit ab aliquo obiecto si ne dolore tangi, vnde colligit solutioné non esse causam doloris, sed tantùm esse dispositionem, vt partes doleant, quatenus nouas superficies diuidendo generat, quæ ab obiectis non sine dolore tanguntur, addit, igitur diuisionem

ſionem non eſſe cauſam doloris, quoniam nó
eſt proprium obiectū tactus:poſtremo Auer-
rem interpretatur,qui in re,craſsè admodum
decipitur,ne dicam ineptè, neq; enim credi-
dit Auerrois diuiſionem diſponere partes, vt
ſuperficies nouæ partium diuiſarum ab occur
rentibus obiectis lædantur : verùm intempe-
riem generare in partibus, quam ſequitur do
lor,Itaq; non diſponit ſed tangit res ipſa dum
diuidit, atq; ea ratione gignit paſſionem, &
ſenſum, ſed ex his ambagibus nos huiusmodi
argumentis extricemus. Primo.diuidens car-
nem,dū diuidit tangit, ergo diuiſio eſt tactus
igitur paſſio aut lædens, & mala,aut delectās,
& blanda,ſi mala,dolorem efficiet, ſi blanda,
oblectabit: aut igitur diuiſio eſt cauſa delecta
tionis,vel delectatio,aut dolor, vel cauſa do-
loris,& non diſpoſitio,vt ipſe commētus eſt.
Eſt enim diuiſio paſſio quædam illata à duri-
tie,vel acutie, quæ ſunt obiecta tactus , quare
aut eſt ſenſus,aut vera ſentiendi cauſa.Præte
rea ſi diuiſio eſt actus diuidentis , aut iſte act⁹
eſt ſenſatio,aut eſt actio non percepta,nec co
gnita à ſenſu,ſiquidem eſt ſenſatio , ſequitur
quòd ſit dolor , vel delectatio, quoniam vt tu
ipſe ſentis Gentilis, dolor eſt idem quòd ſen
ſatio triſtis,& rei lædentis:ſin autem diuiſio-
nem non eſſe actionem ſenſatam reſpondes ,
facilè conuinceris, fateriſq; durum , vel acu-
tum quod eſt obiectum proprium tactus, tan-
gere, & non ſentiri,quod abſurdiſſimum eſt,
nam ſi membrum ſentiendi , quidē facultate
prædirum,atq; à ſenſibili motum,& affectum
non ſentiret, eſſet vtiq; aut lignum, aut lapis,
Amplius ſi moderatum obiectum ſenſus,non
nimium diſtans ab organo ſentiēdi in medio
opportuno , & inſtrumento idoneo,mitē ſen
ſum producit , nullius diſpoſitionis interue-
tu, quare & obiectum immoderatum,vitioſè
agens, corrumpens ſentiendi facultatem,di-
ſpoſitionem exigit ? nulla meherele eſt ratio,
ſed commentum futilè , atq; confirmatur hu-
iuſmodi perſecutio præcepto topico,nam ſi-
cut ſe habet oppoſitum in oppoſitum, ita pro
poſitum in propoſitum , ſed ſi obiectum mo-
deratum ſuauem infert ſenſum,nulla alia pre
eunte diſpoſitione , ab ea quæ à philoſopho
numeratur , oppoſita quoque res obiecta in-
commoderata , citra vllam aliam diſpoſitio-
nem,generabit dolores , Diuiſio igitur cùm
ſit læſio in carne,erit dolor,vel cauſa doloris;
Ad hæc ridicula eſt,& vana opinio, quòd idē
ſui ipſius gratia eſſet diſpoſitio , & diſpoſitū,
nam cùm diuiſio diſponat ad triſtem ſenſum
qui eſt dolor,& eadē diuiſio ſit læſio, ipſa di-
ſponeret ad ſeipsā ; Huic accedit, q̀ ſi diuiſio
eſſet diſpoſitio,eſſet qualitas,vt patet ex lib. p̄-
dicam. Ar. atq; ita diuiſio intēperies dicenda
eſſet, multa tandem alia incommoda,& qui-
dē abſurdiſſima hanc ſententiā apertè comitā
tur , quæ vel ab inexercitato philoſopho de-
prehenduntur, ad noſtra igitur deſcēdamus.

OPINIO ARISTOTELIS DE DOLORE.

Cap. X.

PLVRIMVM certe digreſſi ſumus
ab eo,quod initio propoſueram⁹ ex
plicandum de dolore, & eius cauſis
iuxta Ariſt. dogma , ſed cùm medicorum tur
ba,authores,quos modo recitauimus ſuſpici-
at, & illis primas concedat, damnari illorum
ſententia non potuit , antequam eorum dicta
ne dicam ineptias, intelligerentur. Nunc igi-
tur philoſophum imitabimur , qui, vbi quæ-
dam in medio demonſtranda proponit,quędā
nota (veluti fundamenta iaciens) quæ ab om-
nibus recepta,vel ſaltem alibi cōfirmata fue-
runt, aſſumit;ſumamus itaq; primum , quòd
animati corporis actiones,tam animo, quàm
corpori ſunt communes, affectusq; omnes to
tius ſunt animalis, nam vt primo de ani. teſta-
tur. anima nec ſentit,nec intelligit,ſiquis autē
hæc præſtari ab anima aſſeruerit , idem quo-
que vel nere, vel texere animam poterit affir
mare:Quamobrem homo intelligit, ac ſentit
ſed per animam: Nec affirmandum eſt, homi-
nem eſſe animam, hoc enim aduerſatur phi-
loſopho 8. met. Accipimus item alterū quod
conſeſſum,nempe vires, quas anima vnà cum
corpore exercet ad animam pertinere,diciq;
animæ virtutes, aut facultates,aut poteſtates,
atq; iccirco philoſophus cùm in libro de ani
ma,de ipſa pertractare deberet,vnà quoq; de
eius facultatibus diſſeruit,quòd mutuetur a-
nima inſtrumenta à corpore,per quæ perficiā
tur facultates. Vnde partes ſunt animatæ,qua
tenus animata eſt ſubſtantia , quæ ex ſentien
di facultate, & materia coniuncta eſt : Docet
enim Alex. in quæſt. natural. ac in libro ſuo
de ani. inſtrumentum animalis, vt animatum
eſt,appellari inſtrumentum, nam ſi anima pri
uaretur, haud quaquam amplius dicendū eſ-
ſet inſtrumentum animalis, vt 7. met. & in fi
ne 4. meteor. demonſtratum eſt ab Ariſt. non
ſecus quàm manus abſciſſa, æquiuocè manus
appellatur, non autem animalis organum, ani
mal itaq; ex anima, & corpore conficitur, cor
pusq; inſtrumentum eſt, cui anima vires, ac fa
cultates ſubminiſtrat, totumq; corpus, id eſt,
quo agit : Illud etiam ſumendum eſt , quinq;
eſſe ſenſuum inſtrumenta , quòd tot numero
ſint facultates ſentiendi exteriores , nec plu-
res, nec pauciores, nam quinque tantùm mo
dis ſen-

dis sensus ab obiectis patiuntur, at instrumentum tactus, mediumq; omnibus corporis particulis commune est, atq; aliorum sensuum instrumentis, viget enim tactus in oculis, lingua, auribus, naribus, periude ac in toto animali: Adhæc illud quoq; nobis accipiendum est, tanquam in lib. de anima explicatum, quodlibet instrumentum, facultatemq; sentientem, ita se habere, vt proximã potentiam suorũ obiectorũ, ipsa verò obiecta vt actus, ac mouentia, & facultates deniq; in instrumentis, quasi pati: Verùm cùm duplex sit passio, altera instrumenti ipsius, vt animatum est, quomodo sensus tactus sentit quòd animal, aut quæuis eius particula animata, vel animal sit per tactum, in quauis enim particula est instrumentũ, vel medium tactus, ipsa .s. caro, vel aliquid carni proportione respõdens. Altera passio est, qua particulæ patiuntur, quòd ad has, vel illas facultates propriè destinãtur, veluti oculi ad visum, lingua ad gustum, auris ad auditum, cerebrum, ac nasus ad olfactum, atq; hac ratione instrumenta à suis obiectis patiũtur, ac in se illorum species recipiunt, cerebrum enim per nares ab odoribus, à coloribus oculi, sẽsus audiendi à sono, à saporibus lingua patitur, verùm hæc dicitur passio, siue perceptio, ratione instrumẽti, nam sensus, iudicium à corde, quod est primum sentiens perficitur: propterea Alex. in primo de ani. & simpl. in 3. existimant ipsum sentire non esse recipere, imò vt testatur simplicius, actio potius dicenda est, à quo 7. de placitis Hyppo. & Plat. non dissentit Gale, qui sensum nõ esse alterationem, sed alterationis dignotionem dixit, quoniam sensus in causa est cur res sentiatur, ac percipiatur, licet tãtùm asserere ipsum sentire esse pati, idq; secunda ratione, tum quòd sensus potentia sit, quæ ab obiecto perficitur, atq; ita cũ intellectu, ac facultate, conuenit, tum quia species in organo corporeo recipitur, illudq; à sẽsibilibus alteratur, adeò vt si plus iusto excesserint, eius temperiem, ac rationem destruant, corrumpantque, atq; id est, quod Arist. 3. de ani. ait à nimis magno obiecto corrũpi sensum, instrumentum intelligens, neq; enim sentiens tunc facultas afficitur, nã vt testatur idẽ primo de ani. si senex caperet oculum iuuenis, videret vt iuuenis, sentiendi enim potentia non læditur ab effectu sui instrumenti, nisi per accidẽs vt Themist. docet. Est præter hæc omnia aliud sumendum, quòd quinque sensuũ instrumẽta, puritate, & impuritate, crassitieq; inter se distinguuntur, est enim oculus omniũ purissimus, proximus est auditus, hinc sequitur olfactus, deinde gustus, at inter omnes maximè crassus ac terrestris est tact°, quippe qui ab efficacioribus obiectis, & maiori vi mouendi prædictis mouetur, cùmq; communis sit sensus tactus, pluribus quoq; obnoxius est differentijs quàm cæteri sensus, nam à primis quatuor qualitatibus mouetur, calore, frigore, humore, siccitate, mouetur item à duro, & molli, aspero, & leni: graui, quæ qualitates materiæ immersæ sunt, materiamq; sequũtur, quare non est mirum si efficaciorẽ actionem, effectusque validiores inferunt, propter eandem quoque rationem, sapores cùm odoribus sint crassiores, vehementius afficiunt, est enim gustus quidam tactus, idem de cæteris obiectis est sentiẽdum, singula enim pro sua aut crassitie, aut tenuitate, magis, minusuè sensum pro sua .s. natura afficiunt, hinc fit, vt visus, quæ lõgissimè absunt, discernat, quod organum sua puritate, etiam ad valdè distãs interuallum protrahatur. Postremò accipiendũ nobis est, medium in sensu tactus, nobis esse innatum, quod in alijs non contingit sensibus, nam tactus pro medio carnem habet, rẽ nobis connatam, quæ media dicitur respectu cordis, vel spiritus, eadem enim passione, tũ instrumentum afficitur, tum medium, deinde cùm à temperamẽti prædominio corpus solidum, & terrestre sit, tactus re ipsa ab obiecto mouetur, non sicut cæteri sensus à specie tantùm modò affectu, de quo supra tractatum est, qua de sentẽtia Auer. siquidem cùm caro animata sit, ac viuens, cordi, quod primo sentit, respondet, recipitq; obiectum species sine materia, easq; sentit, exuperantias verò obiectorum iudicat, quòd tẽperata sit ex moderatione primarum qualitatum, vt 2. de ani. explicatur, non est tamen ignorandum, appetitum, & facultatem appetẽtem sequi sensum omnẽ, ac ratione solùm inter se differre, idq; quatuor modis: primo sensus cognoscit, appetitus verò minimè: Dinde sensus mouetur ab obiecto sensibili, appetit° ab appetibili, quòd boni speciem præsefert, ipsum verò appetibile, & sensibile, idem sunt, verùm qua appetibile mouet appetitũ, qua verò sensibile à sensu cognoscitur. Deinde appetitus in actu à bono, & appetibili excitatus ad rem inclinatur, & propterea principiũ est motus localis, cùm nihil aliud sit, quàm fuga, vel persecutio desiderati, sensus verò nõ nisi per appetitum est principium motus: Est item quarta differentia inter appetitum, & sensum, quòd cùm appetitus comes sit cognitionis ac sensus se habet vt perfectio, ac finis, quiuis affectus in appetitu genitus, erit finis cognitionis sensus, quare si est delectabilis, perficit delectationẽ sensus, siu contra tristis, aut molestus, actioni sentiendi imperfectionem tribuit, itaq; finis ratione dicitur actus bonus, vel malus: iucundus, vel iniucundus, sed quia appetitus quemlibet sensum sequitur, in quouis sensu actus est molestus, vel delectans: Hæc nobis constituẽda fuerunt, sumpta ex libris de anima, vbi abũdè demonstrãtur. Cæterum, quia

nomen

nomē doloris variè à philosopho accipitur (nā dolor, & voluptas est imago quædam rei præteritæ, quæ in memoria asseruatur, vel præsentis; hæc respectu futuri boni dicitur spes, quæ velati quoddā somnium est futuræ delectationis, illa respectu futuri mali, timor magis proprie est, quàm dolor) dicendum est modò de quo dolore hęc nostra disputatiõe pertractat, de eo igitur agimus, qui oritur à re præsenti, ac noxia: Est præterea quidam dolor, qui animi ægritudo dici potest, cui voluptas opponitur; pro ut est animi constitutio ad statum secundū naturam. Cæterum voluptatem Arist. non vno modo definiuit, dixit enim 10. ethic. voluptatem esse terminum, & perfectionem actus, contra verò dolorem imperfectionem, alibi tamē definiuit eam esse generationem secundùm naturam, rursus primo rethor. quamuis omnibus numeris absolutam definitionem illic, non tradat, hoc tamen pacto eam describit: supponamus (inquit) voluptatem esse quendam motū & statutum subitum, & sensibiliter in naturam proficiscentem, dolorem verò contrà, quare hic locus aduersari videtur illi, qui dictus est x. ethic. negat enim ibi voluptatem esse motum, aut fieri in tempore, sed temporis momento, eam effici ait, hic verò contrà motum quendam esse asserit: Alexander quoq; 2. topic. sentire videtur, voluptatem leuem esse motum, at quisnam hic sit motus, nec ipse, nec alius interpres (quod viderim) nobis explicat, sed itaq, licet, eandem loquendi formam vsurpatam fuisse ab Arist. 3. de an. cum d. appetitū motum quendam esse, aut actionē, vbi addunt simpl & io. Gam. iccirco non dixisse Arist. appetitum motum esse simpliciter, sed quendam motum, quòd motus sit actus imperfectus, & fiat in tempore, vt 3. ethic. traditum est, appetitus verò est motus perfectus, & actio perfecta, quæ res, non solùm vera est in appetitu, sed in sensu, & ratione, quòd confertim, subitoq; fiant, vt eodem 3. de an. declarauit, Dicitur etiam appetitus motus quidam, alia ratione, quam simplicius affert ex sententia Alex. quoniam appetitus cùm sit principium motus localis, terminatur ad motum, anima enim appetens mouetur, quare vbi primo reth. dixerunt esse motum quendam animi, adiecit & statum, vel constitutionem subitam, vt nobis exprimeret non esse motum, sed perfectam actionem: Addidit etiam sensibilem, quia loquitur de voluptate, quæ sensus appetitionem sequitur, idq, non vtcum à concoctione, vt quibusdā placuit, sed ab appetitu rationali distinguerer, nam vt Plato scribit libro de pulcro, voluptas ad sensum: gaudium, & lætitia ad mētem pertinet: additur & subitum, quoniam (vt supra docuimus, cùm Galeni sententiam exponeremus) neq; voluptas, neq; dolor fit, nisi cō fertim, ac subitò, & vt Græci dicunt ἀϑρόως, hoc est simul totus, sic enī eam dictionem interpretatur simplicius primo, & 8. physicorum: subdit quoq; Arist. in naturam, vt à dolore seiungeret, nam (vt suprà monuimus) dolor, & voluptati commune est, vt confertim fiant, sed distinguuntur, quòd ille sit constitutio præter naturam; hæc verò fit in naturam motus, & status. Cæterum de hac voluptate, & dolore, nō est nunc propositum disputare, sed de eo solo, qui à corpore læso, ac malè affecto proficiscitur, de quo disputantes primùm inuestigabimus, an sit sensus rei lædentis, vt placuit multis (dixit enim Auice. esse sensum rei contrariæ) vel an sit actio læsa, vel deprauata, vt alij sentiunt: Nos quidem arbitramur non esse actionem sensus, neque operationem, quod ita confirmamus: appetitus non est sensus, sunt enim duæ inter se distinctæ facultates, quare nec actio appetitus est actio sensus: at dolor est in appetitu, quoniam est principium motus, dolor igitur non est sensus, sed contractio quędam animæ, vt contrà voluptas effusio: Ita enī Alex. docet 4. natural, quæst. quæst. 6. at sensus actio est cognoscere: Adhæc finis, & media, per quæ ad finem peruenitur, non sunt idem: voluptas autem, & dolor sunt finis cognitionis sensus, igitur non sunt actio sensus, præterea dolere non est cognoscere, ergo dolor non est cognitio, quod patet, quia dolere est pati, sed sentire est cognoscere, nam vt dictum est suprà, licet sensus generetur cum passione, tamen sentire non est recipere. Insuper perfectio actus cognoscendi non est actus cognoscendi, idem enim seipsum perficeret, sed delectatio est actionis perfectio, vt testatur Arist. 10. ethic. igitur neq, dolor, qui est actionis imperfectio, contrariorum enim eadē est ratio: nam voluptas, & dolor non sunt in facultate cognoscendi, neq; actiones, & cognitiones facultatis cognoscentis, sed affectiones appetitus sensus, verùm quoniam sensus, & appetitus semper sunt vna, multis visum est idem esse actionem, & delectationem, cùm tamen actio delectationem, seu finem spectet, & delectatio perfectionem, similiter dolor cùm sit imperfectio, non est finis secundùm naturam, sed à sensu abhorrens, & alienus: Deinde licet medici dolorem, tanquam affectum curent, illi remedia adhibentes, id tamen faciunt, vt causam doloris auferant, tribus enim modis, curari dolorem iubent, auferendo causam lædentem, calorem innatum excitando, & stupefaciendo, acretundendo sensum, atq; id est docere, quomodo causa lædens, vel ipsa læsio nis perceptio, quæ est proxima læsionis causa, tolli possit, nam cùm excitatur dolor, fit læsio, aut extra in carne, aut intus ab intemperie, hanc læsionem sensus apprehendit, alioqui non doleremus; argumento sunt gladiatores, qui in ipso pugnæ feruore, perturbatis

sensibus, nec læsionem sentiunt dum vulnerantur, nec dolent, nisi vbi sanguis deferbuerit, tunc enim cognitio incipit vigere, & læsionem percipere, quò fit, vt doleat: Prima igitur causa doloris est qualitas lædens, altera est perceptio sensus, nam si intellectus læsionem apprehenderet, haud quaquam doleremus, proinde ex his duabus causis, ex læsione inquam eiusdem perceptione, statim nascitur dolor in quo, nec est vera generatio, nec motus, siquidem non fit paulatim, neq; per partes, vt optimè Gale. docuit, sed confertim: Verùm quia percipi potest, & læsio, & locus læsionis, interdum adeò turbatur cognitio, vt læsio quidem percipiatur, locus tamen læsionis, distingui non possit, quod vsu venit, vbi vel læsio exigua est, vel magna est perturbatio sensuum. Habes igitur facultatem, in qua hic affectus gignitur, esse appetitum sensuum, propterea actionem eius, ac formam dicimus esse actionem à sensu, & à natura alienã: Quod clarissimè patefit exemplo adolescentis, qui si puellam perditè amauerit, detur q; ei fortè fortuna illius dextram apprehendere, incredibili afficitur delectatione, at vbi ille ardor deferbuerit, si eandem tetigerit, nullam percipit delectationem, & licet idem sit actus, eademque perceptio, non tamen eadem est delectatio, quia non est idem affectus: Quamobrem delectatio, & dolor in affectu, non autem in facultate agendi, & cognoscendi, statuenda est: Ex quo patet, dolorem neque ad solutam vnitatem, neque ad intemperiem referendum esse, tanquam ad proximam causam. Verùm medici cùm curant dolorem, eiusque causam perscrutantur, sæpe causas doloris cùm communis læsionis confundunt, credentes eandem esse doloris, ac læsionis proximam causam, attamẽ hoc aliter se habere iã ostensum est, proxima eñ causa doloris, est perceptio læsionis, læsionis verò soluta cõtinuitas: quod apertius euadet, si ad causas læsionis, quas medici doloris esse dicunt, transeamus, & quæ nã fuerit Arist. sententia, ea in re explicemus.

DE CAVSIS LAESIONIS IN DOLORE, IVXTA *Peripateticorum decreta.* Cap; XI.

MEdici quorum officium est, si non læsiones tollere, & saltem appositè facere ad tollendum, cùm id se præstare non posse, cognoscant, nisi causas perspiciant, cùmq; dolorẽ malum quẽdam affectũ esse animaduertant, quẽ læsio percepta gignit, diù multùmq; eius læsionis causas perscrutati sunt, duasq́, tandẽ eas inuenerunt, intẽperiem, & solutionem continui. Dubitarunt deinde vtra harũ dici possit propinquior, ac potior causa: Gale. quidẽ intelligens dolorẽ, non nisi à vehementibus, ac maximis causis gigni putauit, qualitates sine solutione cõtinui, nullo mõ in sensu inducere posse symptoma adeò acerbũ, & propterea diuisionem continui necessario cõcurrere existimauit, persuadẽs sibi, fieri nõ posse, vt pars ita validè lædat, quin vnitas eius soluatur: At Auer. vtpote philosophus, nolẽs à physicis principijs discedere, opinatus est, vt in alijs sensibus, ita etiam in tactu perfectionem, aut læsionem à proprijs obiectis produci ac propterea à qualitatibus, tanquam proprijs obiectis tactus læsionẽ, ac perfectionẽ ei, voluit proficisci: Iudicãs porrò vnitatis solutionẽ non esse propriũ tactus obiectũ: nullomodo adduci potuit, vt eã propriã esse doloris causã existimaret. Ob quã authorũ controuersiã, euenit, vt recentiores medici, maioribus perpetuũ induxerint bellũ: Nos aũt qui philosophorũ decreta sectamur, vt ipsa rei veritas magis elucescat, neq; vllus superfit dubitandi locus, q̃dam in mediũ statuamus: Ac primum sensus oẽs nequaquã delectari, aut attigi, & lædi, nisi ab eo, ꝙ à proprijs, tanquã à prima, ac summa causa promanat. Ita eñ visus à colore, vel lumine, auditus à sono, olfatus ab odoribus, gustus à sapõribus, tactus deniq; à suis qualitatibus, benẽ, maleuẽ afficiũt: siquidem in sensuũ instrumẽtis inde perfectio oritur, vnde & læsio emanat. Verùm nihil agit in sensum, nisi suũ obiectũ, ergo propriũ obiectum est, ꝙ aut lædit, aut actionẽ perficit, atq; id apertissimè demõstratum est à philosopho in 2. de ani. vbi docet sensum esse potentiã, obiectũ verò actũ. Potentia porrò non patitur, nisi ab eo, cuius est potẽtia neq; ab alio perficitur, quàm à suo actu, cumq; proprium obiectum actus sit, & perficiat, idem quoq, actionẽ lædet, alioquin si duo essent, & vnum læderet, atq; alterũ perficeret, eaq; non possent nisi per actionem generari, duo prorsus diuersa, agerent in potentiam: quòd si detur, nullum erit obiectum propriũ vnius potentiæ, nec sensibilia propria erũt, sed quodlibet agetĩ quodlibet, quo nil absurdius proferri potest, statuẽdum itaq; est solùm propria obiecta lædere, & perficere: Est & alterũ nobis cõstituendũ, nempe solutionem vnitatis in tactus instrumento à tangibili qualitate prouenire, ꝙ clarissimè apparet in carne, vbi eius vnitas soluitur, & vulneratur à re dura, & acuta, aut contunditur à dura, & renitente, aut alia ratione, quam sensus facilè dijudicat, dissoluitur, nam & si lateat interdum diuisio, & intra carnem delitescat, tamen à qualitate mordente, extendente, premente, rarefaciente, diuiditur: omnis igitur solutio continui, vt in tactu à qualitate tangibili, ita in visus, cæterisq́, sensibus, à suis obiectis manat: quamrem si Auer. ita apertè

vt nos

vt nos nunc fecimus, enarrasset: nemo hæc in dubium vertisset, est & tertium statuendum, vt omnis controuersia tollatur, quòd diuisio continui læsio est, quam diuidens, aliquid facit, non autem causa læsionis, quæ læsio nil aliud est, nisi partium coniunctarum distantia, quarum vnitas, sanitas erat: Hæc autem diuisio, & distantia percipitur à sensu communi, vt & ipsæ sensationes, vt lib. 3. de ani. explicauimus, quare cùm recentiores dicebant, sensum non apprehendere obiectum com. nisi per proprium, id verissimum erat, neq; enim sensus exterior diuisionem comprehendit, nisi qualitatem diuidentem quæ diuidendo tangit, & tangendo diuidit, simul enim hæc fiunt, neq; consistit in eo, quod factum est, sed in eo, quod fit, Distantia porrò cognoscitur à sensu communi, & ratione, verùm quia dolor non est actio sensus, distantia partium in sensum agere nequit, ita vt dolorem inferat, sed qualitas tantùm, quæ inter tangendum diuidit, mouetq; sensum, sensus verò communis læsionem percipit: Inde enim vera est læsio, quæ dolorem excitat: atq; hoc pacto cõtinui diuisione, quæ maxima læsio est, inferre dolorem censemus, quòd perceptio læsionis, sit doloris causa 6. top. est quoq; traditum ab Arist. vbi cùm dolorem in sensu tactus, communi, ac parùm legata definitione describens, inquit, dolor est passio animalis à distantia partium cohærentium facta cum violentia, In hac definitione ponitur ipsum subiectum, nempe animal, nam quòd inanime est, non sentit, & propterea non dolet, apponit & item Aristo. formam scilicet passionem, est enim affectus, vt iam dictum est, & non actio, aut facultas agendi adiicit, & causam, quæ est maxima læsio, ex distantia partium; deniq; & modum ascribit, quo generatur dolor, vbi addit cũ violentia, hoc est simul, confertim, ac subitò, Illud verò aduertendum est, non frustrà additũ esse ab Arist. illud verbum cohærentiũ, cùm reddat causam, maximam. s. læsionem ex distantia partium cohærẽtium: Nam nisi partes inter se naturaliter cohæreant, coniunctæq; sint, distãtia nec lædit, nec dolorẽ affert, quod patet in digitis, qui cùm naturaliter non cohærent inter se, sed sunt distincti: siquis autem eos cõiunxerit, deinde disiungat, nullum propterea dolorem sentient, Nec est audiẽdus conciliator qui per distantiã, malam proportionem intellexit: mala enim proportio est inter obiectum, & potentiã, non autem inter instrumenta, illud etiam statuẽdum est in alijs sensibus, præter tactum, qui organũ minus crassum habet, non tantam fieri actionem ab obiecto, quòd minus agere possit, & quanquam nihil etiam læsio aliqua, ac dolor excitatur, non tamẽ tacta est, vt verè dici possit solutio continui, sed in tactu, cùm obiectum efficacius in agendo, & magis crassum, magis quoq; afficit sensus instrumentum quod ad doloris generationem, qui, maxima læsio est, necessario requiritur. Id cùm Galenus probè intelligeret, negauit læsionem, quã humor infert, dolorem excitare: tum quia non soluit continuum, tum quia [illegible] qualitates tangibiles [illegible] vim agendi obtinet: Nos tamen ex philosophi sententia, ab humore etiam [illegible] molestiam, leuem q; dolorem inferre posse censemus, licet non summum, quale continui solutio affert, quod Gale. quoq; 7. lib. de Placit. Hypp. & Plat. videtur asserere, ex quibus colligitur eas qualitates, quas percipit sensus, etiã si continuum non soluant, exiguos tamen dolores afferre: atq; [illegible] ita [illegible], vt [illegible] cùm hæc sit maxima læsio, ingentẽ, maximumq; inferre dolorem, [illegible] ita accipiendum est, vt intelligas pro [illegible] loci in quo dolor est, & partium [illegible] illum intendi, & remitti posse: postremo statuendũ est, excellens obiectũ facere magnum, vt habet Arist. 3. de ani. sensum corrumpere, soluit enim obiecti excessus rationem, seu proportionem, non quidem illam, q̃ inter obiectum est, & potentiam, sed cum obiectum excellens est, statim quoq; proportionem excedit, sed qualitatum, quæ in organo sunt, & humorum temperiẽ destruit, namque his probè temperatis, fit sensus, quòd si eorum temperies aboleatur, aut labefactetur, vel nullus fit sensus, vel certè paruus, hoc enim voluit Arist. 5 de gene. an. in sensu visus, cùm sensibile sensum mouet, vt est lucidum organum sensus visus, est commensuratum ipsi obiectum cum vt humidum mouet, & temperiem agitat, tùc improportionatum esse obiectum [illegible] non intelligens igitur per excellẽtiam malam proportionem, & relationem, quam tradidit conciliator, sed potius obiecti excessum, quem sequitur illa proportio mala, ac immoderata, neq; immoderantia ipsa est causa doloris, alioquin vbicunq; esset, ibi dolorem afferret, sed causa est læsionis in instrumento per se, potestq; interdũ esse adeo vehemens, & magna, vt sensui dolorem inferat, vt supra monuimus: In tactu autem excessus obiecti per se animal interimit, & dolorem excitat, quoniam soluit vnitatem frigidum venenum, puta opium, quanquam lædit animal per tactum non tamen dolorem affert, sed stuporem, qui doloris potius imago, & sensus priuatio, quàm dolor dici debet: Quibus ita constitutis, facilè nũc quæstionibus, quæ diu philosophos, & medicos torserunt, satisfiet: Est enim proprium rectæ diffinitionis, essentiam rei, cuius ratio quæritur, explicare, & causas appositè reddere accidẽtium, quæ ab essentia rei procrescunt, demum omnes nodos, & quæstiones, quæ accidunt, dissoluere, Huius igitur symptomatis, quod est dolor, ratio reddita est, & illius causæ simul explicatæ sunt, modò reliquum est, vt dubitationibus respondeam.

DVBIA, QVAE SVPERIORIBVS DICTIS ACCIDVNT. Cap. XII.

Contraria, causas contrarias, quibus fiunt, necesse est, vt habeant; quare cùm dolor, & voluptas contraria sint, necessarium erit, vt à causis contrarijs generentur: cùm igitur solutio continui sit acerba læsio, dolorem excitans: lure, & vnio delectationis causa, necessario erit: sed videmus quòd ex conglutinatione, & vnione vulneris non sequitur delectatio (minimè igitur conficiendum est diuisionem, dolorem posse generare: adhuc dolor fit simul, & confertim; diuisio est motus (vt philosophi dicunt) localis, qui tempore indiget. igitur hæc duo, diuisio, & dolor, haud quaquam cohærebit. Rursus non videtur dolor esse passio præter sensationem, quoniam passio est qualitas, quam Arist. inter qualitates tertij modi reposuit, vt superius reprobauimus: Præterea sentire est pati, dolere est pati, igitur dolor est sensus, & quoniam hæc reciprocantur & commeus, possunt affirmatiue in prima, & secunda figura reponi: Accedit, quod si nõ esset sensus, esset sensibile, quod fit, vt sentiretur; & quo argumento superius non esse dolorem, nõ esse qualitatem sensibilem demõstrauimus, eo deinde probauimus, esse sensum. Quòd si non detur, sine dubitatione sensibile erit, quoniã omne quòd est in sensu, aut est tactus, aut potentia, aut obiectum, Amplius superius dicta, manca esse videtur, quòd multa tacuerimus, quæ ad doloris exquisitam intellectionem sunt valdè necessaria, non enim fuit explicatum, quæ nam sint partes, quæ sentiunt dolorem, illæ ne quæ, post diuisionem remanserunt diuisæ, an illa, quæ per diuisionem abolentur; partes sanè, quæ diuisæ relinquuntur, cùm vna ab altera distet, nullo pacto percipiunt rei diuidentis sensum, & multò minus illa, quæ iam perijt, quoniã quod nõ est, sentire haud potest, Adhæc in ijs, quæ superius dicta sunt, non explicuimus an dolor sit, morbus, quandoquidem inuicem pugnare videtur dolor, & morbus: morbus enim res est facta, & dispositio permanens, vt Galeno placuit: Dolor est res, quæ fit, & consentit, sed læsionẽ esse affirmabimus (vt supradiximus) erit procul dubio morbus, & læsio: Desideratur adhæc multa alia, nempe an sit aliquis dolor naturalis: Deinde an species, quam sensus recipit, sit doloris causa, an res ipsa percepta: Post hæc, quod maximè cũ de dolore tractemus, videtur esse explicandũ, prætermissum est, s. an eadẽ corporis parte simul dolere, & voluptate affici possumus: Præterea quo anima in dolore, & voluptate cũ corpore afficiatur. Vlterius, vtrum dolor rectè dicatur actio corrupta, an passio corrupta, & an ex speciebus doloris, maior, vel minor soluta cõtinuitas percipiatur. Postremo quomodo ob vehementem imaginationem, in nobis commiseratio oriatur, ex alterius miseria, vel dolore, si fortè huius, aut illius aliquod membrũ laberari, veluti intuemur.

DVBITATIONVM SOLVTIO. Cap. XIII.

Etsi diu latuerit medicos ac philosophos, & ratio, & causa doloris, tamen quoniam aperta est huius dubitationis ratio, ac causa, nodos explicare non erit difficile: & ad primam quæstionem dicendum est, assumptum esse verũ, quòd vnio diuisarum partium est motus, & constitutio secundum naturam, quoniam scopum habet sanitatem, quæ est corporis perfectio, vt diuisio continui est læsio, & motus præter naturam: Verùm cùm vnio non subitò fit, non generatur inde passio, quæ voluptas dicatur; sed si affatim fit, in ipsa percipitur delectatio, ex diuisione verò percipitur sæuum symptoma, quod est dolor, cùm confertim fiat; Ad alteram verò dicimus, quòd diuisio est læsio, quæ cùm primùm à sensu percipitur, inducit passionẽ in appetitu, idq; confertim, modus igitur, & qualitas lædens sunt summæ causæ, proxima autẽ est perceptio læsionis q̃ fit confertim, & quod per bellè Arist. lib. 8. phy. docuit, agens de capillico, diuidente parietem, & de guttis cauantibus lapidem, & de generatione glaciei, quòd fiunt confertim, & tota simul, quamuis motus antecedat, idem nunc de dolore, & voluptate sentiendum puto, cùm sint affectiones, quæ sensum sequantur, & perceptio læsionis, subitò fiat, affectioq; tota simul excitetur, nam idem verbum ἀθρόως quo vsus est philosophus 8. phy. in generatione quoq; doloris vsurpatur, an verò significet fieri in instanti, vel simul, dissentiunt Porphy. & Simpl. 1. phy. & ego simplici sententiæ accedo, quòd confertim, & tota simul, & cõcauatio lapidis, & diuisio à capillico, & glacies generatur, ipsius namq; de causis semper ex Arist. sententia secundum censeo nullam naturalem mutationem in instanti fieri, benè ἀθρόον idest confertim, & tota simul, quod in 10. ethic. nobis aperte significauit philosophus, sed nunc nõ est hic locus. Ad alia igitur, quæ de genere doloris ambiguntur transeamus: Est enim genus doloris passio, vt docuit philosophus. sed dicendum

dum Arist. non accipere passionem pro passibili qualitate; sed vt cum actione comparatur, vt velut iam ante explicauimus: at ij qui probare nituntur dolorem esse sensum, hoc medio, quoniam & dolor, & sensus passiones dicuntur, similiter decipiuntur, ac si quis probare velit, hominem esse asinū, per hoc, quòd ambo sunt animalia, vt si ratiocinaretur, homo est animal, leo est animal, igitur leo est homo: sed & id, quod pro confesso acceperunt, falsum est, nempe hæc inuicem reciprocari, nā nec omnis passio est sensus, nec omnis passio dolor, sed differentibus tã tionibus, sensus, & dolor dicitur passiones, sensus quidem cùm sentiat, eo quòd organum recipit, ac patitur, dicitur esse passio, & est facultas, quæ mouetur à sensibili, vt superius explicatū est, dolor autem est affectus ī appetitu ex sensu ortus, nam cùm sentimus, continuò sequitur in appetitu affectus, quod Arist. 7. ethic. perbellè significauit cùm inquit, animal in sentiendo laborare, cùm quòd spiritus in functione laboret tum quòd sequatur effectus ī appetitu: Ad aliã porrò dubitationem dicamus & diuisio, quam illi in medium adduxerunt, manca est, ea enim quæ in nobis sunt, sunt facultas sentiendi, actus, & passio, quæ sequi..., quæq; à medicis symptoma dicitur, sensibile autẽ est extra animam, & ob id lib. 2. de anima, cùm volumus, nõ semper sentimus, inquit Arist. Itaq; cẽsendum est causas primas sentiendi, duas esse, vnam in nobis; quæ est facultas sentiendi, alteram verò esse sensibile ipsum, at dolor inter causas nõ numeratur: non valet igitur, non est actus sentiendi, igitur est sensibile, nam est passio; quæ sentiendi actum sequitur, in hac autem differentia inter actum sentiẽdi, & affectum, quàm plures non vulgares philosophi, apertè decepti sunt, Arist. 10. ethic. inquit quòd & si actio sensus, & voluptas simul fiant, non tamen sunt idem, vbi damnare videtur illos, qui affectum, & actũ sentiendi, vt vnum accipiebant. Sed iam satisfaciẽdum est ijs, qui multa in nostra tractatione de dolore desiderabant, & primum suscitantibus quæ nam partes continui, cùm primùm diuiditur, dolorem sentiant. Dicẽdum est, partes, quę diuidens tangunt percipere sensum rei lædentis, cùm illæ aut alterate, aut diuisæ tũ sint, aut diuisæ simul, & alteratæ, diuisio autem vnitatẽ corrumpit, & dualitatẽ generat, vt iam diximus & quamuis facta jam diuisione partes à diuidẽte distent, tamen dum diuidit, partes hæ diuidens tangunt, & tanguntur ab illo. Sed alteri iã dubitationi satisfaciendum est, si quæuis læsio, siue passio pter naturam, occurrẽs corpori morbus dicetur: lutẽ sub morbo dolor comprehendi poterit: at si, vt medici volunt, morbus est affectus factus, & dolor symptoma est, & passio, vt loquitur Arist. (nam passionem vocat, quod medici symptoma dicunt) suumq; esse, dum fit habet, nõ vtiq; dicetur morbus, Quòd si vlceri instabitur, dolor aliquando multo tẽpore durat, igitur inter morbos numerandus videtur, vt conciliator censuit: Ad hæc dolor actiones frequenter lædit, est autem morbi proprium lædere primo, & immediatè operationes: Ijs est, respondendum quòd duratio non impedit, nec remouet rationem, ac naturam rei, vt Arist. primo ethic. adnotauit, nã albedo, quæ diem vnũ durat, est eiusdem rationis cum albedine quæ mille annos durauit, cùm igitur dolor sua natura, & per se sit passio profecta ab actione, & illam sequẽs, propter hoc, quòd multo, aut pauco tempore durauerit, suam naturam, nulla ratione mutabit, Deinde si morbus dicetur, erit dispositio, vel habitus antecedẽs ipsas actiones, illasq; lædẽs, vt causa, & si aliquido lædit actiones id facit, nõ vt res quędam facta, sed dum fit, & vt effectus, non vt causa: Est enim aliquando tãta læsio in instrumẽto sensus, vt turbet sensum, & mouendi principium, quod afficitur dolore; est. n. motus principium appetitus: cuius dolor est affectus. Percõtatur quidam vlterius, an ex Arist. sententia dolor aliquis sit naturalis, id. n. persuadere videtur dolor mulierum parturientium, & dolor puerorum qui dentire incipiũt, nam si coniungitur rei naturali, videtur naturalis: dolor igitur cùm coniungatur rebus, quæ à natura proueniũt, naturalis videtur esse: Sed ijs satisfaciẽdũ est, quòd omnis dolor sit præter naturam, cũ aduersatur naturæ i. formæ, & cõditionibus, quibus forma in materia permanet, quare si alicui rei à natura profectæ iungitur, illud à natura non per se intenditur, sed ex accidenti, proponit enĩ sibi natura animal in lucem edere in quo tantam cernit perfectionẽ vt mox completum edatur, quamuis eum aliquo vitę discrimine compleatur opus, dolorem partu. ..ciat. similiratione, & de alijs dicere expedit vt rũ si omnia, quæ materiæ necessitate proueniũt naturalia nuncupemus, læsiones omnes corruptiones, ac mortes, naturalia dicemus, cùm materiam sequantur, quæ natura quoq; dicitur: vt patuit lib. 2. phy. dicuntur tñ esse præter naturã quòd naturam, hoc est formam labefactant, & ob id philosophi corruptionem esse affirmarũt quoniam in nobis est materia quæ horum omnium susceptrix est: Sunt qui his dictis quæstionem inferant, quod omnis sensus recipit speciẽ sine materia, tactus itaq; speciem comprehendet, & non calidum, frigidum, siccũ, aut humidum, minimèq; læsionem ipsam, igitur species erit causa doloris, & qualitas ipsa extrinsecus lędens, aut necessarium erit ponere in ipsis sensibus, idq; maximè in tactu, duas receptiones, duasq; tactus, vnum, vt rem lædentem sentit, alterum, vt speciem recipit: Quibus sic respondeas ex his, quæ superius enarrauimus, quod ī ipsis sensibus duo animaduertenda sunt, primum q facultas est cognoscens, verùm vt ab ipsa materia ortum ducit, corporis naturam nanciscitur,

vt autem est potentia cognoscens, recipit speciem, & non rē ipsam, sed cùm hæc species sit rei præsentis imago, conditiones, & proprietates similes habet ipsius rei, quæ sēsui obijcitur: si enim res illa est qualitas, nō excedens naturā facultatis, & instrumenti, recipiet sensus speciē, & instrumentum ipsum non alterabitur: sin autem res longè excedit, & superat naturā instrumenti, sensus non modò species ipsas rei recipiet, vt facultas cognoscens, sed conditiones similes rei ducit in organum, quibus à suo temperamento, ac cōmensuratione mutabitur, & quoniam tactus magis terreum organum habet, læsio magis sentitur & res ipsa (vt latini dicunt) recipitur, & non solùm species: Erūt igitur duo, vnum dicetur indicium, quod in sensu cōi, qui in corde residet, nouissimè fit, alterum verò est passio in instrumento, vt corpus est: Quare qui dixerunt vnam esse actionem sensus cùm materia, de cognitione intellexerunt, verùm alia est, non sensui, sed naturalis ipsi instrumēto, quod corporeum est, at nullum corpus ab alio corpore tangitur, quin alteretur, ac mutetur: His sic constitutis, dicamus dolorem excitari à primis causis, nēpe à specie rei, atq; hæc sanè receptio speciei dolorem animi, ac tristitiam præbet, cui receptioni speciei, nisi alia coniungeretur, nō faceret dolorem, de quo dicere proposuim⁹, qui læsionem membri sequitur: Requiruntur itaq; ad dolorem, qui læsionem corporis sequitur, & receptio speciei, vt proxima causa, & læsio mēbri, quæ à qualitate, vel corpore lædente proficiscitur, Quòd si rursus in quæstionē vertes, vtrū horum duorū primo in sensu recipiatur? Dicamus interdum, simul vtrunq; recipi, cùm res confertim tangendo lædit, aliquando verò species, veluti vmbra rei, & imago sensū afficit, & postea res ipsa organum lædit, hac ergo ratione, nod⁹ iste explicetur: Sed alia quæstio huic succedit, quæ obscura sanè, & difficilis videtur, nempe an eadem parte, eodemq; motu dolere atq; voluptate affici simul possimus: profectò siquis dolores, atq; voluptates, quæ sensui accidunt rectà rōne pēsitabit, & dolorem voluptati, & voluptatem dolori, necessario necti intelliget, ita vt simul à contrarijs afficiamur, quod Socrates docuit ī Phœdone, cùm dicit miram quidam esse rem, quam homines voluptatem vocant, miroq; modo se habere ad dolorem, qui eius contrarius videtur, qui simul homini, adesse nolit: addit, si quis tamen sequitur, capitq; alterum, alterum quoque capere cogitur quasi ex eodem vertice sint ambo connexa, vbi videtur Socrates persuadere velle, voluptatibus dolores esse annexos. nā cū ob vincula dolore afficeretur, & crus perfricaret, statim sentiebat succedentem voluptatem, eo exemplo, quasi nobis significare volens, voluptatē cum dolore semper esse coniunctam: at nos hoc nō agimus, sed quærimus an eodē tempore, quo dolem⁹ voluptate quoq; afficiamur? Quā controuersiam diluit Alex. 1. natur. quæst. cū docet nos sensu percipere hæc, simul ad esse, patet enim id in scabiæ laborantibus, qui dolent, quòd acris humor cutem exulceret, sed delectātur quòd cutis perfricata, ac vellicata aperiatur, & humori exitum præbeat, quamuis eo tēpore similiter doleat, quòd intus adsit alius humor, qui frictionem requirat. Proinde dolor, & voluptas simul sentitur, licet à diuersis causis oriantur, quemadmodum Socrati euenit, qui ī crura ob vincula dolorem, ob frictionem voluptatem percipiebat, idem quoque accidit his, qui valdè sitiunt, eos enim delectat potio frigoris, atque humiditatis inopiam restituēs, sed interim etiā dolent, dum bibunt, quòd sitis nōdū cesset, quin ēt hoc vsu venit in fame, delectātur cū qui esuriunt, dum cibum capiunt, & dolent, quòd non dum satietas aduenerit, atque hunc affectum per dolorem dulcem fortasse intellexit Archigenes: sed longè melius hunc affectū voluptatis, atq; doloris simul experiunt, qui amāt, ex labore cū delectantur, simul ac dolēt, de eo nihilominus conquæruntur, & si volentes illum subeant, propterea rectè Catullus.

Odi, & amo: quare id faciam fortasse requiris,
Nescio, sed fieri sentio, & excrucior:

HVIVSMODI autem coniunctus affectus ex voluptate, & dolore, in gustu quoque percipitur, ex vino, quod raspatum vulgò, & nonnulli susterum vocant, simul enim & delectat, & linguā vellicando dolorem affert quod in coitu etiam ob seminis excretionem accidit, sed hic non est verus dolor, quem in nostra disputatione proposuimus, sed magis quædam molestia, ac tristitia: hæc tristitia, & voluptas simul in motu sentiuntur, & à Galeno aliquādo 2. de locis affect. dolor prurrens dictus est: Eadem itaq; parte dum motus fit, voluptate, & dolore capimur, sed cùm res iam facta est, aut vno, aut altero afficimur: In morbo cū aut excitatur dolor, aut voluptas: Ad aliam verò dubitationem dicendum est, quòd animus in dolore contrahitur, et in uoluptate diffunditur: vt Alex. docuit 4. lib. quæst. natural, manifestè autem illud apparet in his qui subitò dolore corripiuntur, quoniam contrahunt articulos & spiritus, at hi in voluptate diffunduntur, & distenduntur articuli: Nec Ciceronis hæresim modo probamus, qui cū corpore, aut eius particula dolemus, nullum motum pati animum exēplo illius, qui morbo articulari laborat, persuadere conatur: Arist. enim

& Hyp-

& Hippo. censent, quòd, qui particula aliqua corporis dolent, & dolorem non sentiunt, iis mens ægrotat, Quòd si quis animo dolorē percipit, & minus torquetur, haud affirmabimus, animum non dolere, quod non adeò afficiatur, sed minus angi: Ad illud præterea, quod quærebant, an dolor iuxtà philosophi sententiam actio corrupta, vel passio magis dici deberet: Respondendum est quòd nullo pacto dicēdum est, eum esse actionem, neque corruptam, neque vitiatam, sed dolor passio, vel affectus malus, & prauus, vel constitutio mala contra naturam, & violenta est; voluptas verò est bona constitutio, ac naturalis: Alia insuper quæstio est, an differentia dolorum, maiorem, vel minorem solutam continuitatem, indicet? Dicas quòd cùm dolor sit affectus profectò à læsione; necessariò læsionem indicabit; læsio autem est intemperies, aut solutio continui: Ob id Gale. in arte medica, qua de signis, dolorem indicium esse, aut solutæ continuitatis aut intemperiei docuit, & 2. lib. de locis affect. ex modis doloris, partes affectas cognoscere tentauit, quoniā sunt dolores, magis familiares vni parti, quàm alteri, vt Hippo. docuit, qui renum dolorem, grauem esse dixit, sunt enim modi dolorum, & differentiæ plures, quas ab ipsis laborantibus audire licet, qui perindè se dolere aiunt, quasi acu pungantur, hinc dictus est pungens dolor, Rursus perindè ac si terebra perforentur, hinc dolor perforās vocatur: aliquando grauitatis cuiusdam sensus percipitur, quia interdum aliqua subiectarū partium suspendi videtur, Aliquando videntur contendi partes, aliquando extendi, quorum numerum à Gale. habes lib. 2. de loc. affect. Dicimus itaq; ad dubitationem propositam, quòd ex differentibus doloribus, maiorem, vel minorem continui solutionem deprehendimus, vt dolor lacerans, & pungens, maiorem solutionē indicat, quàm grauans, aut alius eius generis. Postremo indubium reuocatur, An ex commiserationes, quæ alterius dolore habētur, non modò in animo, sed etiam in corpore aliquis excitetur dolor, nam in animo ex commiseratione dolorem fieri ex philosopho 50. part. probl. habemus, & superius diximus, mente dolemus, cùm videmus aliquem vri, vel scindi: In dubiū ergo vocarunt, an ex mentis dolore in nostro corpore excitatur aliquis dolor: Quibus satisfaciēdum est, quòd à philosophis, & medicis concedendum id esse censemus, à medicis quidem, quoniam accidentia animi, non ob aliud animaduertenda esse perhibent, nisi quòd corpus nostrum agitent, excitatur enim aliquando atra bilis, aliquando flaua, vt de Antiocho amore nouercæ capto, monumentis mandatum accipimus, id quoque (vt libro de amoris affectibus diximus) non minus philosophis fatendum est, vt ex verbis Arist. lib. de motu animal. aperte docetur, asserit itaque planè philosophus ex cogitatione, atq; alteratione, alterari cor, cumque alteratio fiat in principe parte, nil mirum si in extremis quoque magnæ sentiantur differentiæ, idq; exemplo gubernaculi probat, in quo si parua fit mutatio, plurimùm nauis toto mutatur loco, Nihil igitur mirum, si mutato nostro principio, rubor, pallor, horror, tremor, & his contraria nobis accidunt, Excitatur enim calor, frigus q; quæ cùm affectiones generent, interdum dolor, interdum animi defectio sequitur, ob primas scilicet qualitates, neque solùm modò in nobis ex ipsa forti imaginatione sequitur aliquis affectus, sed in ipsis etiam fœtibus, malè afficiuntur particulæ, cùm mulier vtero gerens, attentissimè cum desiderio aliquid imaginatur, Diximus tamen alias, quòd ex profunda, & diuturna imaginatione, multa & in nobis accidere credimus, multa & in alijs, sed in ijs modò est locus. Hæc sunt, quæ de dolore à Portio elaborata fuerunt in eorum gratiā, qui medicinam à naturali philosophia ductam affectāt, tibi mi Flotille dicata, quòd eiusmodi professionis vindex es, quàm acerrimus. Bene vale.

FINIS.

REGISTRVM.

¶ A B C D E F G H I K L M N O.

Omnes sunt duerniones, preter ¶ qui est semifolium.

TILE, diuinum, MARTAE, sed (lector amice) Aetas, sit cura, non iuuenilis, opus.

LIBER intitulatus, Apologia de Immortalitate Animæ, Iacobi Antonij Martæ excellẽtissimi Philosophi Neapolitani, cum quæstionibus de speciebus intelligibilibus, & de sensu Agente excellentissimi Simonis Portij Philosophi Neapolitani, una cum libello inscripto, Disceptatio de puella Germanica, & libello de Dolore, fuerunt à me Magistro Philocalo Pharaldo Neapolitano sacri ordinis Carmelitarum bene & diligenter visi & examinati, & cùm in eis nihil inuenerim, quod Sacrosanctæ Catholicæ fidei, aut Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Dogmatibus ad uersetur; ideo ipsos approbo, & sine impedimento possunt imprimi. Ex Conuentu Sanctæ Mariæ de Carmelo Die 15. Octobris, 1577.

F. Philocalus Pharaldus Theologus Carmelit.

ERRATA SIC CORRIGE.

pa. 2. col. 1. posuit. lege potest, ibidem priuaro Deus infesta. l. priuare Deum infesta. c. 4. iudes. l. iudeis. pa. 3. col. 2. creatione. l. priuatione. pa. 4. co. 2. gratiam. l. gratia. pa. 6. co. 3. factu. l. facto. ibi. co. 4. ingentum. l. ingenitum. pa. 8. co. 1. ipsis. l. ipsius, ibi: desiderium hois, deleatur finis. co. 3. ita. l. illa. pa. 9. co. 1. potuit. l. potuit. pa. 12. co. 3. considerare. l. considerans. co. 4. passiua. l. passiuæ. ibi, acticum. l. acetum. pa. 16. co. 2. manescere, l. marcescere. pa. 20. co. 3. nam. l. non. pa. 23. co. 2. sequitur animæ nostræ. l. animæ nostræ; sequitur. pa. 25. co. 1. per. l. par. pa. 28. co. 2. ad. l. ac. pa. 30. 3. conclusiones istas. l. conclusionem istam. pa. 31. maximarumq; l. maximarum. ibi, nos nalutiq; deleas nos. ibi. co. 3. factum a perspicimus deleas a. pa. 32. co. 3. saepercitue, l. sine; pa. 33. co. 3. indige. l. indigere. pa. 34. co. 4. dicitur. l. dicit. pa. 41. co. 4. suis. l. seis.

Imprimatur.

Gaspar Sillingardus Vic. Gen.

Habita fuit licentia a Reuerendo Magistro Sacri Palatij pro Apologia Immortalitatis.

Io. Franciscus Lombardus

Paulus Regius. f. 10.

Neapoli, Apud Horatium Saluianum. 1578. Mense Sept. die 5.